'REGISTRUM DIOCESIS DUBLINENSIS'

# A SIXTEENTH CENTURY DUBLIN PRECEDENT BOOK

EDITED BY

NEWPORT B. WHITE, M.A.

DUBLIN

STATIONERY OFFICE

FOR THE

IRISH MANUSCRIPTS COMMISSION

1959

To be purchased directly from the
Government Publications Sale Office, G.P.O. Arcade, Dublin,
or through any Bookseller.

---

*Price Fifteen Shillings.*

# INTRODUCTION

THIS edition of a Dublin diocesan manuscript is the work of the late Mr. Newport White. Shortly before his death he had corrected the page proofs. The present writer's task has been confined to a few minor alterations, chiefly in the legal glosses on the text, and to the writing of this introduction, for which Mr. Newport White had left some notes. One would like to pay tribute to him here for the persevering industry which he had put into the transcription of this manuscript.

The manuscript is paper, bound in vellum, measuring $8\frac{3}{4} \times 6\frac{1}{4}$ inches, and is written in several rather ugly sixteenth century hands. There are fifty-five leaves of text, five flyleaves inserted at the front and three at the back. The binding bears the title "Registrum Diocesis Dublin. no. 44." There is a page numeration 1-108 (109 not numbered) and a somewhat older enumeration 8-57 (with some omissions). Flyleaf 1 has an Index of Contents. The manuscript has suffered from damp, and in places is difficult to read. The watermark of the paper of the text can be attributed to the 1570s; that of the flyleaves is of R. Gaulard, suggesting that the manuscript was bound in the late seventeenth century.[1]

The title *Registrum* for this work is a misnomer. The manuscript itself bears two titles, both added in hands later than that of the text. The first is simply "Book of Precedents," the second, on flyleaf 3, is "Exemplaria Visitationum, Actorum etc. Archiepiscoporum Dublin. Episcoporum Mid. Darens. Legles. etc." Both titles indicate clearly the real nature of the manuscript. It is not a register of any archbishop of Dublin, but a book of legal forms compiled for the use of the officials of the Dublin metropolitan court. It is not an official diocesan document, but a handbook useful to diocesan legal officials, its purpose being to serve as a reference for the drawing up of correct instruments in the diverse categories of legal business.

[1] I am indebted to Mr. W. O'Sullivan, Keeper of Manuscripts, Trinity College, Dublin, for this information.

Such works were a regular feature of the development of the ecclesiastical courts throughout the Church in the medieval and Tudor periods. The interest of this particular book derives from the fact that it would seem to be the only survival of the type from an Irish source.

The sort of forms assembled here is shown adequately in the Table of Contents, where the individual documents are listed in the numeration adopted by Mr. Newport White, under the rubrics used by the compilers themselves.[1] It is in the nature of precedent books to be impersonal and anonymous. One cannot be certain as to the exact compilation of this one. It would appear to date from the early Elizabethan period, though documents of all the Tudor reigns are included. The last date mentioned is 10 February 1579. It is clear enough however that parts of it at least were written by the annalist, Thady Dowling,[2] who has put his *siglum* to some entries, once in Irish. Two entries testify that he had attended a provincial council of archbishop Adam Loftus in February 1579, and that he had scrutinised the register(s) of the metropolitan court for the *formae* in which he was interested (pp. 18, 35). He signed his name in Irish to a citation of the *Corpus Iuris Canonici* with a possible reference to one of the classical commentators thereon, Abbas Modernus[3] (p. 25). A form dated November 1570 is drawn up "in the absence of Thadeus Duling registrar of Leghlin" (p. 66). Other forms include the initials T.D., one of which, undated, made of him "officialis primarius" of the Dublin metropolitan court (p. 73).

It would be vain to claim very much historical significance for this compilation. Yet when episcopal registers and court records are missing, this formulary will supply some precious hints concerning the Elizabethan Dublin metropolitan court. There is much information of value to the compiler of Dublin *Fasti*.[4] There are many miscellaneous pieces of information to be gleaned—for example,

---

[1] In a number of cases, a rubric has had to be supplied. These are printed in square brackets.

[2] *Annales Breves Hiberniae auctore Thaddaeo Dowling* ed. R. Butler (*Irish Archaeological Society* 1849). The exact part played by Dowling in the compilation of these Annals has not been worked out. There is a brief note on him in D.N.B.

[3] Nicholas de Tudeschis (1386–1445 or 1453) known variously as Panormitanus, Abbas Siculus or Modernus, a compendious commentator, was perhaps the most authoritative canonist of the later middle ages.

[4] W. Monck Mason in his *The History and Antiquities of the Collegiate and Cathedral Church of St. Patrick near Dublin* (1819) used material he found here concerning visitations of the Cathedral.

that Walter Fitzsimons held provincial councils in 1494 and 1501; and again, a suggestion that there was tension between the archbishop and the Observant Franciscans of Kilcullen. No 26 throws unexpected light on the religious situation in the diocese of Leighlin in the first years of Elizabeth's reign.

Finally, this compilation adds further evidence that despite the magnitude of the religious changes in the sixteenth century, on the institutional level there was substantial continuity between the late medieval and the Elizabethan periods. The procedure of the court of the Protestant archbishop of Dublin as in English dioceses, retained its pre-Reformation features, the *Corpus Iuris Canonici* its eminence,[1] the classical medieval canonists their standing in matters of legal theory.[2]

The manuscript is preserved in the diocesan registry, Kildare Street, Dublin. The Irish Manuscripts Commission is very much indebted to Most Rev. Dr. A. Barton, who was archbishop of Dublin when permission was granted for publication, and who sanctioned a temporary transfer of the manuscript to Marsh's Library where Mr. Newport White transcribed it.

J. Watt.

---

[1] A certain number of the forms carry glosses giving citations from the various books of canon law, with an occasional reference to Roman civil law. Some of these marginalia are impossible to read, but where possible the references have been identified and are given in brackets immediately after the citation.

[2] Abbas Modernus is cited twice, Innocent IV once, Lanfrancus de Oriano three times, and the *glossae ordinariae* twice.

# TABLE OF CONTENTS

PAGE

1. A. Commissio in causa appellacionis quibusdam dirigenda ad terminandam tam appellacionem quam causam in eadem principale propter locorum distanciam et viarum discrimina .... .... .... .... .... .... .... 1
B. Inhibicio super appellacionem in causa fornicacionis seu correccionis .... .... .... .... .... .... 2
2. Monicio seu citacio pro episcopo Leghlensis et toto clero eius diocesis ad interessendum personaliter in ecclesia Leghlensis cathedrali certo die coram metropolitano archiepiscopo Dublinensi .... .... .... .... .... 3
3. Collacio canonicatus et prebende sine cura iurisdiccione parliamenti regni facta .... .... .... .... .... 5
4. Unio realis facta propter paucitatem et raritatem populi quarundam ecclesiarum ita et earundem parochiani possint convenire ad unam earum tanquam principalem ecclesiam parochialem semper .... .... .... .... .... .... 5
5. Prohemium Libri Visitacionis auctoritate commissariorum regine facte .... .... .... .... .... .... .... 6
6. Probatio testamenti coram officiali .... .... .... .... 7
7. [Practica curie] .... .... .... .... .... .... 7
8. Processus in causa appellacionis per delegatos regie maiestatis habitus .... .... .... .... .... .... .... 15
9. Convocacio cleri facta in ecclesia cathedrali . . . coram . . . Daniele Leghlinensis episcopo auctoritate metropolitani ad eligendum procuratores in consilium provinciale coram eodem metropolitano .... .... .... .... .... .... 17
10. Practica curie pro advocatis .... .... .... .... 19
11. [Forme varie] .... .... .... .... .... .... .... 26
12. Modus procedendi ad consilium provinciale .... .... 28
13. Alius processus consilii provincialis Dublinensis .... .... 31

14. Processus visitacionis ecclesie Trinitatis Dublinensis .... 33
15. Modus alius. Forma procedendi in consilio provinciali coram Adam archiepiscopo Lofto .... .... .... .... 34
16. Visitacionis provincialis forma .... .... .... .... 35
17. Allegacio doctoris Ytell quod non debet residere eo quod in scola et habet dispensacionem .... .... .... .... 37
18. Visitacio ecclesie cathedralis sancti Patricii 1569 .... 40
19. Actus super appellacionis interposicione in camera officialis metropolitani a iurisdiccione suffraganei .... .... .... 52
20. Processus in causa destitucionis seu deprivacionis beneficii per Danielem Leghlinensis episcopum facta .... .... .... 55
21. Processus sentencie privacionis rectoris eo quod contraxit matrimonium cum quadam muliere, coram Thoma Lewry episcopo Darensis, contra statuta patrum .... .... .... 61
22. Allegacio super renunciacione oneris executorii et administratorii .... .... .... .... .... .... .... .... 64
23. Processus in causa privacionis contra non residentes in suis beneficiis per B.C. officialem Midensem propter certos excessus et articulos ex registro episcopi ibidem iuratos factus .... .... .... .... .... .... .... .... 68
24. Libellus in causa repudii a thoro et cohabitacione et simultanea racione adulterii ex parte viri commissi .... 37
25. Libellus divortii in causa impotencie viri .... .... .... 74
26. Actus super absolucione beneficiati suspensi iuramento prius prestito per eum de parendo iuri et peragendo penitenciam .... .... .... .... .... .... .... 75
27. Actus super peticione ad examinandos testes tempore vendemiarum ad perpetuam rei memoriam contra clericum beneficiatum matrimonialiter coniugatum divina officia celebrantem .... .... .... .... .... .... .... 77
28. Actus super exhibicione examinacionis testium et responsi personalis rei coram commissariis regiis habitus in partem probacionis termini probatorii .... .... .... .... 78
29. Actus ubi preiudicantur absentes contumaces reservata pena et comparentibus ministrantur articuli in visitacione episcopi .... .... .... .... .... .... .... .... 79
30. Actus super proclamacione ad recipiendam administracionem defuncti .... .... .... .... .... .... .... 80
31. Processus in causa spolii contra colloratum detentorem .... 81
32. Libellus [super iactitatione matrimonii cum responsione] 83

# REGISTRUM DIOCESIS DUBLINENSIS

1

A

Commissio in causa appellacionis quibusdam dirigenda ad terminandam tam appellacionem quam causam in eadem principale propter locorum distanciam et viarum discrimina. p. 1]

Johannes Ball iurisperitus dilectis nobis in Christo Waltero Kething cancellario ecclesie cathedralis Fernensis et Jacobo P. rectori ecclesie parochialis de Roslare Fernensis diocesis salutem in auctore salutis. Cum nos nuper ad peticionem cuiusdam Walteri S. rectoris ecclesie parochialis de C. dicte Fernensis diocesis post appellacionem quandam a reverendo in Christo patre Johanne Fernensi episcopo ad nos interpositam per suum procuratorem legitimum coram nobis in iudicio allegantem dictum Walterum S. valitudine ita laborare ut non possit absque periculo corporis ad hanc curiam nostram arripere, et preterea propter emulorum ecclesie quotidianum strepitum guerrarum locorumque distanciam et viarum discrimina [et] corporum eorum cruciatum per rebelles tam infiniti sumptus eciam sumptus exhaurirentur ceterique iudiciales actus absque periculo exequencium expediri non possint commode, auctoritatem et vices nostras ad audiendam cognoscendam et fine debito terminandam dictam appellacionis causam vobis committendas fore decrevimus iusticia id poscente. Hinc est quod nos de vestris fidelitate circumspeccione et solerti industria super quibus in curia metropolitica fide dignorum commendati estis testimonio merito confidentes his et aliis nos iuste moventibus causis vobis coniunctim et divisim ad cognoscendam decernendam diffiniendam atque fine canonico termindam sepedictam / appellacionis causam p. 2] ad curiam metropoliticam antedictam Dublinensem per eundem Walterum S. interpositam cum omnibus suis incidentibus emergentibus dependentibus et connexis, necnon cetera facienda vocatis vocandis et observatis per vos in ea parte observandis que circa decisionem dicte appellacionis negotii necessaria fuerint vel quomodolibet oppor-

tuna, vices nostras ymmo potius curie metropolitice predicte cum cuiuslibet in ea parte canonice cohercionis potestate assumpto vobis notario publico indifferenti quocunque committimus per presentes, et ad latiorem vestre discrecionis informacionem in hac parte copiam instrumenti dicte appellacionis interposite reservato apud nos originali eiusdem presentibus duximus adiungendam. Et nos quid in premissis feceritis sub forma autentica remissis presentibus debite certificetis. In cuius rei testimonium sigillum officii etc.

[1]Inquit Gregorius. Fides non habet meritum ubi humana racio verbis exprimitur.[1]

[2]Clausula inserenda post Salutem in litteris testimonialibus. Nolentes honestis deesse virorum desideriis presertim ubi testimonium perhibere veritati exigimur, hinc est etc.[2]

B

Inhibicio super appellacionem in causa fornicacionis seu correccionis·

Johannes Ball iurisperitus etc. universis et singulis clericis et literatis quibuscunque in et per totam provinciam nostram Dublinensem ubilibet constitutis salutem in Eo qui est vera salus. Cum nos quandam appellacionem seu provocacionem in quadam causa fornicacionis simplicis seu potius correccionis et canonice penicencie ex humili
p. 3] submissione et voluntaria / peticione cuiusdam Walteri Staf. rectoris ecclesie parochialis de N. Fernensis diocesis per reverendum in Christo patrem Johannem Fernensem episcopum eidem Waltero imponende, eo quod episcopus Fernensis predictus dicto Waltero corde contrito et penitenti seque humiliter submittente et id cum omni instancia humiliter sepissime ut asseruit, petentibus quibuscunque sancta mater ecclesia Christi eius sponsi consilio . . . [3] gremium aperire promittit reddeuntibus, quod est dolendum minus iure clauserit graviora minitando quam leges canoniceipat untur, in dicti Walteri S. maximum preiudicium et gravamen, aliisque nonnullis gravaminibus in libello suo appellatorio expressis per predictum reverendum patrem sibi (ut asseruit) contra iusticiam illatis nobis porrecto receperimus et in archivis nostris deposuerimus, decretumque pro nostra iurisdiccione ad cognoscendam

---

[1]—[1] *on page* 1 *at side.* [2]—[2] *on page* 1 *at bottom.* [3] *this passage is obscured by interlineations.*

causam predictam secundum morem curie nostre metropolitice Dublinensis interposuerimus iusticia id poscente, nos attendentes quod appellacione pendente nihil est innovandum vobis igitur omnibus et singulis et precipue reverendo in Christo patri Johanni Fernensi episcopo eiusque curie presidenti cuicunque et actorum scribe et registario in obediencie virtute et sub pena iuris auctoritate dicte curie metropolitice presencium tenore inhibemus et per vos universis et singulis quibus in hac parte ius competit inhiberi volumus et mandamus quos nos eciam tenore presencium inhibemus, ne post et contra appellacionem predictamquicquam in partis appellantis / preiudicium directe vel indirecte innovetis aut innovent attemptetis aut attemptent procuretis aut p. 4]
procurent mandetis vel mandent faciatis vel faciant aliqualiter attemptari quousque huiusmodi appellacionis causa cum omnibus et singulis incidentibus emergentibus dependentibus et connexis quibuscunque per nos aut nostros legitimos surrogatos fuerit discussa et fine debito terminata. Et quid in premissis feceritis aut ille vestrum fecerit quum hoc nostrum mandatum fuerit executum debite remissis presentibus certificetis aut certificet. In cuius rei etc.

[*Written on left-hand margin of p.* 2.]

[1]Colloquia prava corrumpunt bonos mores.
Anxie vivere non est vivere.[1]

[2] Humiliter ac deuote suscipiant quod pro salute sua fuerit eisdem iniunctum, de ap. c. reprehensibilis (*Decretales Greg.* 2.28.26) in fine. Non appellatur a correccione quia fit ad penitenciam et extra formam iudicii, de ap. c. ad nostram (2.28.3) in glossa (s.v. ' minus '), arg. 27 q. 1 si homo (*Decretum Gratiani* c. 19, C. 27 q. 1). Appellacio in causa correccionis interposita ad subterfugiendam debitam correccionem, abbas (?) in c. licet, de off. iud. ord. (1.21.12).

---

2

Monicio seu citacio pro episcopo Leghlen' et toto clero eius diocesis ad interessendum personaliter in ecclesia Leghlen' cathedrali certo die coram metropolitano archiepiscopo Dublinensi.

Georgius etc. venerabili fratri nostro et amico in Christo charissimo eadem gracia suffraganeo ecclesie Leghlen' episcopo salutem in Domino

[1]—[1] *across left-hand margin of p.* 2. [2]—[2] *in a different hand, also in margin.*

et fraternam charitatem. Gregem dominicum nostre vigilancie creditum undique contemplamur illumque salubri studemus pastoris more vigilis quantum nobis ex alto permittitur observancia custodire eundemque gregem ab illius lupi morsibus qui circumivit querens quam devoret defendere illud marcenarii (*sic*) nulla racione committen-
p. 5] tes cuius proprie non sunt oves, / qui videns lupum venientem dimitit oves et fugit, sed nos tanquam bonus et expertus pastor gregis qui oves nobis commissas a rapacium luporum morsibus defendamus expedit, igitur nobis semper pro ecclesia Dei vigilare et eius oves conservare earundemque animas Deo lucrofacere, ut eciam de hoc grege possimus ad istius laudem cuius exercemus in nostro pastorali officio vices in terra dignam in extremo iudicio reddere racionem, hinc est quod vos rogamus accurate et monemus quatenus in ecclesia vestra Leghlen' et nostra suffraganea nobiscum personaliter ibidem intersitis ad tractandum et communicandum de et super utilitatibus pertractate ecclesie ac ceterarum ecclesiarum totius vestre diocesis unacum clero integro eiusdem et precipue in causis salutem animarum subiectorum vestrorum concernentibus et nostram confratriam moventibus nec non et in aliis arduis negotiis que impresenciarum non duximus exprimenda, eapropter vos denuo monemus et precipiendo mandamus quatenus curetis omnes et singulos rectores vicarios perpetuos curatos et non curatos ac sacerdotes singulos in eadem cuiuscunque condicionis diocese salariatos divina celebrantes similiter cum clericis parochialibus ecclesiarum coram nobis nostrasve vices in hac parte gerente si fuerimus prepediti in ecclesia suffraganea prelibata comparituros primo die mensis Augusti anno domini 1569 citari, itaque ut hii citandi compareant et eorum quilibet compareat personaliter omnibus excepcionibus frivolis ac fictis affectitatisque
p. 6] postpositis insuper et super certis articulis / dilucidius prout prefatur ex mero nostro pastorali officio eis obiiciendis et exhibendis de iusticia et iuxta iuris exigenciam responsuri, ulteriusque acturi et recepturi quod iuris morisque fuerit et racionis. Et quidquid in premissis feceritis nos aut locum nostrum tenentem dictis die et loco autentice et legitime cum presencium retradicione certificetis et accuratissime certiores reddere curetis. Datum apud palacium nostrum de Sancto Sepulchro sub sigillo nostro xv die etc.

[1] Luce ii c. Juxta verbum evangelicum noctis vigilias custodire gregem tibi commissum.[1]

[1]—[1] *across lower left-hand margin of p.* 4.

[2]The goode will of the gyver is more to be estymed then value of the gyfte.[2]

---

3

Collacio canonicatus et prebende sine cura iurisdiccione parliamenti regni facta.

Adamus miseracione divina etc. dilecto nobis in Christo N. clerico salutem graciam et benedictionem. Canonicatum in ecclesia Sancti P. Dublin' et prebendam de Donlowan in eadem per mortem naturalem N. ultimi eorundem incumbentis vacantes et ad nostram collacionem pleno iure spectantes tibi charitatis intuitu conferimus, teque primitus non solum de legitima et canonica obediencia nobis et successoribus nostris in omnibus licitis et honestis mandatis per te prestanda et exhibenda, verum eciam de renunciando refutando et recusando omnem et omnimodam potestatem auctoritatem iurisdiccionem et superioritatem foraneas ac de recognoscendo regiam supremam potestatem in causis ecclesiasticis et temporalibus iuxta et secundum vim formam et effectum statuti parliamenti huius inclyti Regni Hibernie in ea parte editi et provisi ad sancta Dei evangelia rite iuratum, canonicum et prebendarium eorundem in et de eisdem instituimus / et plenarie investimus cum suis iuribus et pertinenciis [p. 7]
universis decernentes etc., iuribus nostris archiepiscopalibus et ecclesie nostre metropolitice Dublin' dignitate prerogativa et honore in omnibus et per omnia semper salvis. In cuius testimonium etc.

---

4

Unio realis facta propter paucitatem et raritatem populi quarundam ecclesiarum ita ut earundem parochiani possint convenire ad unam earum tanquam principalem ecclesiam parochialem semper.

Universis alme matris ecclesie filiis ad quos presentes littere pervenerint seu quos infrascriptum tangit negocium tangereve poterit quomodolibet in futuro Georgius miseracione divina Dublin' archiepiscopus Hibernieque primas salutem in Domino sempiternam et presentibus

---

[2]—[2] *across left-hand margin of p. 5.*

fidem adhibere indubiam. Cum pastoralis nostri officii debitum nos excitat et pontificalis cure solicitudo inducit et compellit ut votis omnibus illis gratum prestemus assensum per que ecclesiarum maxime parochialium nostre Dublin' diocesis curam animarum precipue habentium et personaliter altissimo inibi famulancium cum decore domus Dei commodis et utilitatibus valeamus et possimus salubriter providere et intendere, pensantes siquidem ex quorundam tam clericorum quam laycorum relacione quasdam ecclesias seu capellas Beate Marie de Dames et Sancti Andree Apostoli fuisse et esse exiles adeo propter exilitatem paucitatem et raritatem populi propter exilitatem et contiguitatem earundem et paupertatem reddituum decimarum proficuorum et proventuum quod ad sustentacionem honesti capellani minime sufficere valeant, piaque consideracione
p. 8] contemplantes nec non ecclesiam parochialem Sancte / Warburge infra muros civitatis Dublin' et nostre iurisdiccionis urgente minuitate ac simili exilitate et tenuitate esse constrictam, igitur dictas ecclesias sive capellas Beate Marie de Dames et Sancti Andree Apostoli cum omnibus suis iuribus et pertinenciis universis unacum alteragiis decimis personalibus et minutis ipsas ecclesias quoquomodo concernentibus salvo iure cuiuscunque eidem ecclesie Sancte Warburge unimus annectimus consolidamus et incorporamus et sic eas unitas incorporatas consolidatas et annexas essencialiter et realiter decernimus per presentes, ita quod omnes parochiani utriusque ecclesie earum dictarum ecclesiarum in dicta ecclesia Sancte Warburge possint et valeant commode convenire et amodo tam sacramenta quam sacramentalia necnon et alia divina officia perpetuis temporalibus inibi ministranda et seminanda perciperint. In cuius rei etc.

---

**5**

Prohemium Libri Visitacionis auctoritate commissariorum regine facte.

Liber Visitacionis per reverendum patrem Danielem permissione divina Leyghlen' episcopum auctoritate commissionariorum Regie Maiestatis in Spiritualibus sibi concessa ecclesiatim facte prout sequitur.

6

Probatio testamenti coram officiali.

Probatum fuit hoc presens testamentum coram venerabili viro magistro Thoma C. officiali principali curie metropolitice Dublin' ac per eundem approbatum et insinuatum xxiiii die mensis Februarii anno domini 156–, commissaque fuit administracio huiusmodi testamenti infrascriptis executoribus primitus in debita iuris forma iuratis salvo iure cuiuscunque. In cuius rei etc.

---

7

[*The sentences given below in round brackets are marginal notes facing the various sections of the text.*]

(Allegacio quum testes nolunt venire oblatis viaticis. Revocacio procuratoris per partem principalem. Decretum compulsandis testibus). p. 9]

Ad probandum. Quo die Goodman allegavit Willelmum Deox generosum, W. M., et Thomam fuisse et esse parti sue necessarios etc. oblatis eis et eorum cuilibet viaticis et expensis recusarunt venire etc. facta fide etc. per Caphium partem principalem citra revocacionem procuratoris sui etc. Dominus ad peticionem Goodman decrevit testes huiusmodi compellendos fore ad proximum Assessionis Domini et ad eius peticionem prorogavit probatorium terminum quoad eosdem testes usque in dictum proximum Assessionis, Dorwrey dissenciente etc.

(Recepcio testium et iuramenti prestacio).
Proximo die iuridico post festum Ascensionis Domini viz. ultimo etc. in ecclesia etc. coram etc. in presencia etc. decretum fuit testes alias nominatos citandos fore ad comparendum istis die et loco perhibituros testimonium etc. et prorogatus fuit terminus probatorius quoad eosdem testes usque in hunc diem.

(Protestacio de nullitate produccionum de dicendo contra quantum valet.

Assignacio ad ministranda interrogatoria. Decretum excommunicacionis.
Prorogacio termini quoad testem).

Quo die Goodman super libello produxit W. M., W. D., et Thomam in testes quos dominus iuramento oneravit etc. in presencia Lewes exhibentis substitucionem Thome Dorwrey procuratoris originalis ipsosque Green et Comperte' unacum mandato originali etc. et facientis se etc. et protestando de nullitate produccionum eorundem testium et dissencientis eidem etc. et casu quo produccio fuerit aliqua protestando de dicendo contra eosdem testes et eorum dicta si et quatenus etc. Et ad ipsius peticionem dominus assignavit ad ministranda interrogatoria citra meridiem crastini diei et quandocunque ante eorum examen. Et deinde Goodman exhibuit mandatum originale unacum certificatorio in dorso eiusdem et accusavit contumaciam Willelmi Drop testis citati etc. et non comparentis etc. Quare dominus ad eius peticionem pronunciavit eundem Willelmum D. contumacem et ipsum in penam contumacie sue huiusmodi excommunicavit ut in schedula quam legebat. Et dominus ad peticionem Goodman prorogavit p. 10] terminum probatorium quoad / eundem testem usque in proximum Commemoracionis Sancti Pauli, Lewes dissenciente etc.

(Substitucio procuratoris. Dacio materie. Protestacio alterius partis de nullitate generalitate et ineptitudine eiusdem materie. Terminus ad deliberandum).

Termino Trinitatis anno predicto.
Proximo die iuridico post festum Sancte Trinitatis viz. xvi etc. In ecclesia etc. Coram etc. In presencia mei etc. Quo die Johnson exhibuit substitucionem Dorwrey unacum mandato originali et fecit se partem etc. et dedit materiam quam petiit admitti, in presencia Goodman dissencientis et protestantis de nullitate generalitate et indebita specificacione eiusdem etc. et petentis eandem reiici etc. Deinde dominus assignavit ad audiendam voluntatem suam super admissione vel reieccione eiusdem materie proximum Corporis Christi, Goodman dissenciente etc.

(Admissio materie. Repeticio materie. Decretum pro parte principali. Terminus ad probandum).
Proximo die iuridico post festum Corporis Christi viz. xxi etc. In

ecclesia etc. Coram etc. In presencia mei etc. Ad audiendam voluntatem domini super materia per Johnson nomine Dorwrey data. Quo die dominus ad peticionem Johnson substituti predicti Dorwrey etc. admisit materiam huiusmodi quatenus de iure etc. in presencia Goodman dissencientis et protestantis de generalitate etc. ac de nullitate et indebita specificacione ut supra. Et tunc repetita materia huiusmodi in vim posicionum et articulorum etc., salvo etc. Goodman respondendo posicionibus et articulis non credit eosdem continere veritatem etc. facta fide per Johnson etc. dominus ad eius peticionem decrevit pro parte principali ad quartum post festum etc. et assignavit ei ad probandam materiam huiusmodi prox' S., Goodman dissenciente.

(Prorogacio termini).

Proximo die iuridico post festum Commemoracionis Sancti Pauli viz. primo die etc. In ecclesia etc. Coram etc. In presencia mei etc

Prorogatus fuit terminus probatorius quoad Willelmum Drop testem excommunicatum usque in hunc diem.

[1]Si tamen datus est terminus parti ad probandum et ad probatum habendum ut probet et probasse debeat tunc in omnes p. . . . oportet quod probet in termino et deponet (?) Lasc. fo. 36 n.n. 14.[1]/

(Iterum prorogavit quoad testem). p. 11}

Quo die Goodman exhibuit mandatum denunciacionis excommunicacionis unacum certificatorio in dorso eiusdem etc., ad cuius peticionem dominus prorogavit (ut prius) terminum probatorium usque fidem quoad eundem testem excommunicatum etc., Dorwrey dissenciente etc.

(Relaxacio excommunicacionis. Peticio expensarum contumacie. Testis productio et admissio. Protestacio de dicendo contra dicta aproband'. Decretum viaticorum testi. Testis productus ex adversa parte).

Proximo die iuridico post festum Translacionis Sancti Thome Apostoli viz. iiii die etc. In ecclesia etc. Coram etc. In presencia etc.

---

[1]—[1] *at the bottom of p.* 10.

Quo die facta fide etc. per Willelmum Drop de parendo iuri etc. dominus absolvit eundem a sentencia excommunicacionis in eum lata auctoritate huius Curie et restituit eundem etc. in presencia Goodman petentis expensas contumacie etc. Deinde Goodman super libello produxit eundem Willelmum in testem, quem dominus oneravit etc. in presencia Dorwrey dissencientis et protestantis de nullitate produccionis huiusmodi etc. et casu quo fuerit aliqua etc. et approbantis personam ipsius testis et protestantis de dicendo contra dicta etc. Et deinde dominus ad peticionem ipsius Willelmi Drop decrevit ei viatica et expensas etc. Et ad peticionem Goodman monuit dictum Drope ad subeundum eius examen citra proximum Swythin alioquin etc. Deinde Dorwrey super materia per eum proposita produxit eundem Willelmum Drop in testem, quem dominus oneravit iuramento, in presencia Goodman approbantis personam ipsius etc. et protestantis de dicendo contra eius dicta etc. si et quatenus etc. et petentis quod reddat veras causas sciencie sue in singulis suis dictis et deposicionibus etc.

(Produccio testium. Ad proponenda interrogatoria. Pecunie oblacio iudicialis. Rehabere licet cum non recipitur).

Die Veneris viz V° die etc. coram etc. in presencia mei etc.

Quo die Dorwrey super materia per eum proposita produxit in testes Johannem Greene, Jacobum Greene, et Johannem N., quos dominus oneravit iuramento etc et moniti sunt ad subeundum examen suum citra proximum Swithin, in presencia Goodman dissencientis produccioni huiusmodi etc et casu quo fuerit aliquid etc. protestando de dicendo contra eos et eorum dicta si et quatenus etc. et habentis
p. 12] pro interrogatoriis ministrandis / totum crastinum diem. Deinde Comperte citra revocacionem procuratoris sui realiter obtulit in iudicio XVII. s. III. d. in plenam solucionem omnium pecuniarum libellastetarum et ab eo petitarum. Et dictus Greene altera pars principalis simili modo citra revocacionem procuratoris sui etc. realiter obtulit in iudicio III. li. XII. s. in plenam solucionem V. li. XII s. computat' X. ls. alias solut' manibus dicti Caph' in plenam solucionem omnium decimarum oblatarum iuxta consuetudines deduct' in materia ex parte eorum dat' et oblat' et deduct' etc., in presencia Goodman dissencientis et protestantis de nullitate oblat' et oblacionis huiusmodi. Et quia Goodman non recepit summas huiusmodi sic respective oblatas etc. dicti Compert et Greene pecunias huiusmodi secum rehabuerunt.

(Restitucio ecclesie in integrum quoad probaciones. Protestacio de nullitate produccionis. Interrogatoria ministranda).

Proximo die iuridico post festum Sancti Swithini viz. XVI° etc. In ecclesia etc. Coram magistro etc. In presencia mei etc.

Ad probandam materiam per [1]Dorwrey datam.

Proximo die iuridico post festum Sancti Edwardi viz. XIIII die mensis Octobris 1569 etc. In ecclesia etc. Coram magistro etc. In presencia mei etc.

Omnes termini sunt lapsi.

Quo die Goodman allegavit quod culpa et negligencia partis sue non producentis testes sufficientes ad probandam intencionem suam deductam in libello infra terminum probatorium alias assignatum etc. ecclesia parochialis Chesexhurst fuit et est enormiter lesa etc. Quare dominus ad eius peticionem facta fide etc. restituit decretum suum versus lapsum terminum probatorium quoad Johannem S. testem presentem in iudicio, in presentia Dorwrey dissencientis. Deinde Goodman / produxit super libello dictum Johannem Sli . . . p. 13] in testem, quem dominus oneravit iuramento etc. et monitus est ad subeundum examen suum citra in proximum Luce Evangeliste, in presencia Dorwrey dissencientis et protestantis de nullitate ipsius produccionis etc. et casu quo fuerit aliquid etc. protestando de dicendo contra eundem testem et eius dicta si et quatenus etc. et habentis pro ministrandis interrogatoriis totum hunc diem facta intimacione mihi notario in hora post meridiem huius diei an velit sic ministrare.

(Publicacio attestacionum. Allegacio pro restitucione habenda. Replicacio).

Die Martis viz. etc. Coram etc. In presencia mei etc. Quo die dominus ad peticionem Goodman publicavit dicta testium ex parte sua productorum et ad ipsius peticionem assignavit ad audiendam sentenciam proximum Luce Evangeliste in Curia de Archibus London', in presencia Dorwrey dissencientis et protestantis de nullitate publicacionis huiusmodi et non percontand' dicta testium huiusmodi etc., et omnium gestorum tam per Goodman quam per iudicem ad eius peticionem et de gravamine ac de appellando. Et allegavit quod pars

---

[1] Dorwrey MS.

sua produxit quosdam super materia per eum proposita, quos citra eorum productionem pars sua non potuit examinari facere propter timorem legitimum populorum tumultuancium in partibus illis infra terminum ad quem subire eorum examen moniti fuerunt. Quare instanter petiit ipsos testes monendos fore ad subeundum examen citra terminum competentem offerendo se promptum et paratum ad probandam allegacionem huiusmodi pro loco et tempore congruis, in presencia Goodman dissencientis et protestantis de nullitate alleg-
p. 14] acionis / et petitorum per Dorwrey et inficientis eadem esse vera, et allegavit huiusmodi decretum non esse contendendum pro eo quod dicti testes fuere moniti ad subeundum examen eorum per dominum citra diem competentem longe ab hac elapsum. In quo quidem die dictus Dorwrey propter eorum negligenciam non subeundo examen suum nullum processum iudicialem fieri contra eos petiit et procuravit culpa et negligencia suis refferendo se ad acta etc., Dorwrey inficiente allegata huiusmodi per Goodman esse vera et de nullitate et ineptitudine eorundem etc.

(Ad sentenciandum. Protestacio procuratoris bona . . .).

Proximo die iuridico post festum Sancti Luce Evangeliste viz. etc. In ecclesia etc. Coram etc. In presencia mei etc.

Ad audiendam sentenciam. Quo die dominus ad peticionem Goodman assignavit ad audiendam sentenciam (ut prius) proximum Symonis et Jude, in presencia Dorwrey protestantis quod per hanc suam comparicionem nec per aliqua per eum dicta etc. non intendit consentire in domini iudicium nisi quatemus etc. neque intendit recedere ab appellacione etc. et aliis iuris remediis etc.

(Sentencia fertur).

Proximo die iuridico post festum Sanctorum Symonis et Jude viz. etc. In ecclesia Beate etc. Coram etc. In presencia mei etc.

Ad audiendam sentenciam. Quo die dominus ad peticionem Goodman petentis sentenciam finalem et iusticiam fieri pro parte sua tulit legit et promulgavit sentenciam diffinitivam et condempnatoriam in scriptis, per quam inter alia eosdem Greene et Compert in decimis libellatis et expensis condempnavit et eosdem facta fide primitus etc. per Caphium citra revocacionem procuratoris etc. taxavit ut in eadem
p. 15] sentencia continentur, ceteraque fecit et promulgavit / eciam prout in ipsa sentencia continetur. Super quibus etc. In presencia Dorwrey protestantis quod neque per hanc suam presenciam seu comparicionem

etc. neque per aliqua per eum dicta seu dicenda intendit consentire in dictum iudicem nisi quatenus etc. neque recedere ab appellacione sua alias interposita et protestantis de gravamine continuato et denuo de appellando ac de nullitate sentencie predicte et taxacionis etc. et dissencientis prolacioni sentencie huiusmodi etc. Presentibus Magistris . . . etc.

(Citacio ad execucionem).

Proximo die Mercurii viz. XIII° etc. In ecclesia etc. Coram etc. In presencia etc.

Quo die dominus ad peticionem Goodman exhibentis procuratorium per Camphium et facientis se etc. decrevit Greene et Compert citandos fore ad sextum causam racionabilem etc. quare sentenciam etc. execucioni demandare non debeat dicturos etc.

(Decretum excommunicacionis ob non solucionem expensarum).

Proximo die iuridico post festum Sancti Andrie Apostoli viz. etc. In ecclesia etc. Coram etc. In presencia mei etc. Eodem die Goodman exhibuit mandatum originale unacum certificatorio in dorso eiusdem et accusavit contumaciam Greene et Compert monitorum etc. ad solvendas expensas taxatas citra hos dies et locum et non solvendum. Quare petiit eosdem et eorum quemlibet in penam contumaciarum suarum huiusmodi excommunicari, ad cuius peticionem dominus pronunciavit eosdem Green et Compert contumaces et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ipsos et eorum utrumque excommunicavit prout in scedula quam legebat.

Quartus terminus exclusivus testium scilicet conclusio in causa. Conclusum esse dicatur in causa quum renunciatum est allegacionibus facti et iuris. Distinguatur secundum Innoc. : aut renunciatum in causa probator' generaliter super tota causa et tunc non obstante tali renunciatione adhuc possunt produci testes : aut est facta renunciacio specialiter super uno articulo et tunc super illo articulo non possunt admitti probaciones, ita de . . . . . . cum renunciasset de probacione et . . . Innoc. . . . dicto c. si est renunciatum probacioni in causa principali super uno articulo dicetur eciam esse renunciatum in causa appellacionis et sic non habet locum regula . . . . . . in cause appellacionis probatum . . . testium probaciones . . . vide Lanfr. . . . testium deposiciones fo. 44 . . . 68.[1] /

[1]—[1] *at the bottom of p.* 15.

p. 16] (Contumacie certificatorium).

Deinde Goodman exhibuit aliud mandatum unacum certificatorio in dorso eiusdem, ad cuius peticionem dominus continuavit huiusmodi certificatorium quoad Johannem Compert citatum etc. usque in proximum Concepcionis.

(Decretum sentenciam exequendam in penam contumacie.)

Proximo die iuridico post festum Concepcionis Beate Marie etc. In ecclesia etc. Coram etc. In presencia mei etc. Continuatum fuit certificatorium quoad Johannem Compert citatum usque in hunc diem.

Quo die Goodman exhibuit mandatum originale unacum certificatorio in dorso eiusdem et accusavit contumaciam Willelmi Greene et Johannis Compert citatorum etc. Quare petit eos reputari contumaces et in penam contumaciarum suarum sentenciam alias latam demandari execucioni etc. Ad cuius peticionem dominus pronunciavit eosdem contumaces et in penam contumaciarum huiusmodi demandavit sentenciam huiusmodi execucioni. Et decrevit eosdem monendos fore ad solvendam rem iudicatam citra festum Purificacionis Beate Marie proximum etc. alioquin ad comparendum proximo Scholastice proxime sequendo ad videndum se excommunicari.

(Excommunicatus existit XL dies. Decretum scribendum regie maiestati pro captione corporis excommunicati).

Proximo die iuridico post festum Sancti Wulstani viz. etc. In ecclesia etc. Coram etc. In presencia etc. Quo die Goodman exhibuit mandatum originale unacum certificatorio in dorso eiusdem et allegavit dictos Greene et Compert stetisse in sentencia excommunicacionis per XL dies et ultra post et citra denunciacionem eorundem pro
p. 17] excommunicatis etc. / contempnendo claves sancte matris ecclesie etc. Quare dominus ad eius peticionem decrevit scribendum fore reverendo patri Cant' archiepiscopo etc. quatenus ipse rescribat Regie Maiestati pro capcione corporum eorundem etc.

Ad respondendum libello per Dorwrey oblato habet idem Goodman istis die et loco.

Quo die etc.

[1]Ad allegatum vel non probandum in causa principali potest allegari et probari in causa appellacionis etc. C. de appellacionibus l. Si quid autem.[1]

---

[1]—[1] *in the margin of p.* 17.

8

Processus in causa appellacionis per delegatos regie maiestatis habitus.

Acta habita et facta in ecclesia cathedrali Sancti P. Dublin' die X Februarii 1569 coram magistris Willelmo Bonsly (?) Willelmo Power et Jacobo Stanyhurst iudicibus delegatis Regie maiestatis in quadam causa tam appellacionis quam principali inter Alesonam H. partem appellantem ex una etc. in presencia mei Willelmi Wowseherst (?) notarii publici in actorum huiusmodi cause per eosdem delegatos scribam assumpti.

Alesona White adversus Thomam fitz Symone. Quibus die et loco inter horas decimam et undecimam permeridianas eiusdem diei coram dictis iudicibus delegatis ad instanciam dicte Alesone insimul congregatis ad infrascripta exercenda specialiter auctorizatis et pro tribunali sedentibus comparuit personaliter dicta Alesona pars appellans et obtulit eisdem delegatis quasdam litteras commissionales sub sigillo magno regni Hibernie sigillatas et eisdem directas gerentes datam apud Dublin decimo die / Augusti eius regni anno primo. p. 18]
Quibus per eosdem iudices delegatos cum omni qua decuit reverencia benigniter (?) receptis ac per me notarium supradictum in hac parte assumptum publice perlectis, antefata Alesona in presencia dicti Thome FitzSymon partis ree eodem instante tempore renunciavit appellacioni et petiit quatenus prefati iudices procederent in causa principali omisso appellacionis articulo, in presencia dicti Thome consencientis. Unde iudices de consensu assensu et voluntate utriusque partium predictarum monuerunt dictam partem appellantem ad offerendam eius peticionem in scriptis in causa principali die Lune proximo in eodem loco, in presencia dicti Thome moniti ad interessendum ius suum defendendo. Adveniente dicto die Lune viz. XIIII in eodem coram prefatis iudicibus pro tribunali sedentibus comparuerunt predicte partes personaliter et dicta Alesona obtulit peticionem suam seu materiam in scriptis curie iuxta monicionem iudicum, quam petiit admitti et partem adversam eidem respondere cogi etc., ad cuius peticionem dicti domini iudices admiserunt quatenus de iure et non aliter nec alio modo et dicta peticio seu materia etc. decreverunt copiam fore tradendam parti volenti et assignaverunt eidem Thome diem crastinalem in eodem loco ad respondendum eidem

peticioni seu materie et monuerunt partes ad interessendum eisdem die et loco. Quo die adveniente inter horas dictas iudicibus pro tribunali sedentibus partibusque predictis preconizatis et legitime comparentibus dictus Thomas in satisfaccionem desiderio diei obtulit quandam responsionem vel assercionem plenam ad eundem libellum per prefatam Alesonam oblatam quam petiit admitti, quam domini iudices admiserunt quatenus de iure etc. in presencia partis dicte Alesone dissencientis
p. 19] etc. et assignaverunt dicte Alesone terminum petenti / diem viz. Veneris proximum in eodem loco ad probandum etc. Quo die Veneris adveniente viz. XVI° etc. inter horas etc. nominavit et produxit in testes Michaelem et Agnetem quos petiit admitti, ad cuius peticionem domini iudices admiserunt quatenus de iure etc. eosque iuramento oneraverunt de credulitate et veritate etc. in presencia dicti Thome dissencientis et allegantis de nullitate produccionis etc. et casu quo fuerit aliquo protestando de dicendo contra personas et eorum dicta etc. Deinde prefati iudices ex officio assignaverunt prefato Thome ad informandum animos suos in hac causa ad probandum primum contractum solempnizacionem et consummacionem matrimonii cum eadem Alesona quamprimum commode possit facta intimacione parti dicte Alesone. Sabbato viz. III° Septembris in eadem ecclesia iudicibus pro tribunali sedentibus partibus preconizatis et comparentibus pars dicti Thome nominavit et produxit in testes dominum Petrum Conwey et Nicholaum N., quos domini iudices ad peticionem dicti Thome admiserunt et iuramento oneraverunt de dicendo etc., et monuerunt eosdem ad subeundum examen antequam recederent a iudicio, in presentia prefate Alesone. Et statim eodem die et loco comparuit personaliter in iudicio in presencia tam partis dicti Thome quam Alesone honesta mulier Margareta Grace et obtulit eisdem iudicibus quandam eius peticionem in scriptis, qua prelecta per iudices
p. 20] admissa quatenus de iure etc. dictus Thomas ratificavit / omnia contenta in eadem peticione esse vere unde iudices assignaverunt dicte Margarete ad probandam eius peticionem quamprimum commode possit, deinde statim dicta Margareta in presencia tam dicti Thome quam Alesone nominavit et produxit in testes Thomam Fyan et Nicholaum Lamkyn, quos iudices admiserunt et iurisiurando oneraverunt de dicendo etc., reservata omni excepcione et protestacione parti utrique, et monuerunt eosdem testes ut non recederent donec (?) fuerint examinati sub pena curie et partes ut (?) interessent die Sabbati proximo in eodem loco, et decreverunt copias attestacionum interim parti volenti sequi salvis curie feodis.

Quo die Sabbati viz. X die Septembris in eodem loco partes predicte comparuerunt coram dictis iudicibus et renunciaverunt ulteriori produccioni et petierunt dicta testium fore publicanda. Unde iudices publicaverunt in effectu et decreverunt copiam fore tradendam parti volenti et monuerunt partes comparituros coram eis in loco consueto die Lune proximo ad audiendum finale decretum in dicta causa.

Quo die iudices ex consensu partium continuaverunt causam in statu quo est usque in crastinum Apostolorum Symonis et Jude proximum si sit' iuridicus alioquin proximo etc. in eodem loco et monuerunt partes ad interessendum ibidem ad eundem effectum. /

Quo crastino Apostolorum Symonis et Jude viz. X° (?) etc. in eodem loco partibus legitime coram eisdem iudicibus comparentibus domini iudices ex earum partium consensu continuaverunt causam in eodem statu usque ad diem Jovis proximum ad horam primam permeridianam eiusdem diei. p. 21]

Quo die adveniente Thomas FitzSymons nominavit et produxit in testes N.N. et N.N. quas (*sic*) petiit admitti iurari et examinari ad informandos animos indicum, ad cuius peticionem domini iudices admiserunt iuramentoque oneraverunt et examinari decreverunt in presencia aliarum partium salvis protestacionibus etc., et continuaverunt causam ad idem in diem Mercurii proximum et monuerunt partes comparituras eisdem die et loco.

Quo die adveniente iudices propter certas causas animos suos moventes continuaverunt causam ad idem in diem Sabbati proximum in eodem loco et monuerunt partes ad interessendum etc.

Quo die adveniente . . . ed (?) XXI° Februarii iudices pro tribunali sedentes partes predicte legitime citati et comparentes ad peticionem utriusque partium viz. Thome et Margarete sentenciam tulerunt diffinitivam in scriptis incipientem sic: In Dei nomine Amen. etc., annullando matrimonium inter partes nulliter contractum etc., in presencia N.N., N.N., et dicte Alesone consencientis. Super qua sentencia dicti Thomas et Margareta petierunt me notarium publicum quatenus conficerem instrumentum etc. /

9

Convocacio cleri facta in ecclesia cathedrali . . . XX° Januarii 1[579] coram reverendo in Christo patre Daniele Leghlen' episcopo auctoritate metropolitani ad eligendum procuratores in consilium p. 22]

provinciale coram eodem metropolitano X° die Februari anno predicto in ecclesia sua metropolitica Trinitatis Dublin' tenendum comparituros.

Quo die Henricus Curren apparitor diocesis Leghlin' comparuitet exhibens citacionem reverendi patris Danielis legitime et publice (?) publicatam unacum originali mandato certificavit sua mediante fide se omnes et singulos diocesis predicte cleros citasse. Quocirca in contumaciam absencium presentes elegerunt Fergallum Curen iurisperitum et Jacobum G. vicarium ecclesie parochialis de Tullaghphelim suos ad comparendum in eodem consilio provinciali iuxta effectum mandati dicti metropolitani procuratores.

Et eodem die idem Henricus C. apparitor exhibito per eundem decreto ut supra in hac parte emanato fecit fidem se omnes capitulares iuxta tenorem mandati dicti reverendi patris citasse, facta itaque preconizacione dictorum capitularium presencium in contumaciam absencium elegerunt et constituerunt Dermicium K. decanum Leghlin' suum procuratorem seu syndicum ad comparendum in eodem consilio etc.

Ordo quo clerus sedet in consilio provinciali.

Ordo in consilio provinciali ab antiquo observatus prout apparet ex registro curie metropolitice Dublin' quod perscrutavi et interfui concilio coram Adamo primate dicto X° Februarii 1579. Per me Tha. Do.

Primo citatis et preconizatis episcopis decanis archidiaconis et clericis ac potestatibus iuxta consuetudinem loci locati sederunt in ordine sequenti. Adamus cognomine Loftus in medio altare atque Christophorus nacione Gaffney episcopus Oss' decanus provincialis ad dextram metropolitani viz. ex manu dextera Danielis nacione Kevanagh episcopus Leghlin' ad sinistram sedebat Johannes Deverous episcopus Fernensis sedebat prope episcopum Ossoriensem ex parte boreali Robertus Daly episcopus Daren' sedebat prope episcopum Leghlin' ex parte boreali.

Archiepiscopus.

| | | |
|---|---|---|
| | Decanus ibidem | Robertus Wesly |
| | Robertus . . . | Robertus Woter |
| | Ric. Jonson | Richardus Devros |
| . . . ibidem | Jo. Devrous | Edmundus . . . Kevanagh |
| | Dermicius Kevanagh | Robertus Doyn (?). |

10

Practica Curie pro advocatis. p. 23]

Primum de citacione. Citacio.

In foro ecclesiastico primum impetranda est citacio sub sigillo iudicis quo utitur, eademque citacio per aliquem literatum qui in ea parte mandatarius est exequendo huiusmodi citacionem, executaque contra reum citacione curare debet idem literatus sive mandatarius iudicem super dicte citacionis execucione per se in iudicio certificare die et loco quibus citatus fuerit reus, at si commode interesse non potest quippe quia locus sue habitacionis a solito loco iudiciali longa sit intercapit' semotus. Quod maxime caveri debet a procuratore actoris ne clientulum suum inanibus expensis molestaret. Tunc idem mandatarius citacionem predictam unacum schedula papiri huic annexa in qua nomen eius proprium diem et locum citacionis sue (?) cum nominibus testium tunc temporis presencium. Eadem ad procuratorem actoris remittat. Qui procurator certificatorium huiusmodi in scriptis concipiat illudque aliquo sigillo autentico sigillari efficiat. Et deinceps originalem citacionem cum certificatorio predicto in dorso conceptam cum mandato procuratorio utrumque coram ipso iudice exhibeat.

Peticio procuratoris actoris.

Ego exhibeo procuratorium meum apud acta pro A.B. et facio me partem pro eodem et exhibeo mandatum citatorium originale unacum certificatorio in dorso eiusdem et peto C. D. publice preconizari.

Quo reo de mandato iudicis preconizato per bedellum curie idem procurator dicat.

Ego accuso contumaciam istius rei ad hos diem et locum citati legitimeque preconizati et non comparentis et peto ipsum reputari contumacem et in penam sue contumacie huiusmodi suspendi ut in hac schedula.

Diligentia procuratoris actoris.

Et omnino curare habet idem procurator quod sit sibi schedula parata ne propter illius desidiam aut pigritiam iudex pluribus obnoxius negociis causam relinquat inexpeditam, et sic omnia diligentissime

prius executa pro nihilo habeantur. Schedula hac a procuratore
.24] oblata et per / iudicem lecta prefatus procurator suam diligenciam debet facere ut reus sic suspensus excommunicatus pro suspenso seu excommunicato in facie ecclesie parochialis ubi moratur denuncietur. Quod fieri non debet absque litteris iudicis sub sigillo eius. Et debet fieri per curatum ecclesie parochialis predicte. Et sic reus publice excommunicatus non aliter absolvi debeat nisi prius expensas de stillo curie debitas solveret atque cautionem de stando iuri et mandatis ecclesie prestaret. Si tamen negligencia vel culpa procuratoris actorum vel actorum metipsorum aliquis circa huiusmodi denunciacionem reus non intervenit sine reffusione expensarum merito absolvendus est reus. Cum dicitur Qui sentit emolumentum sentire debet et onus facta dicta denunciacione si reus vult beneficium absolucionis fieri alias ad graviora procedendum est iuxta iuris exigenciam. Et si forte reus voluerit constituere procuratorem ad litem in forma generali, tunc procurator ad absolucionem domini sui admittendus est, facta tamen prius exaccione aut taxacione cum procuratore actoris pro expensis contumacie sue. Et tunc idem procurator rei comparens coram iudice dicat sic.

Procurator rei. Ego exhibeo procuratorium meum apud acta pro C. D. et facio partem procuratorio eodem et peto beneficium absolucionis domino meo impendi. Tunc iudex utrique procuratorum alloquendo interroget eosdem an sit inter eos compactum et transactum pro expensis contumacie. Tunc procurator actoris dicat.

Procurator actoris. Praestet caucionem iuratoriam aut aliam legitimam de iure requisitam ex parte domini sui de parendo iuri et iusticie.

Procurator rei. Ego facio fidem quod dominus meus parebit iuri et mandatis ecclesie tactis per eum sacrosanctis Dei evangeliis . . .[1]

Judex dicat. Absolucio.[2] Hiis dictis deosculato libro seipsum coram iudice deflectat de sentencia suspensionis quam dominus tuus incurrit in non comparendo coram nobis certis die et loco ad quos legitime fuerat citatus ipsum in persona tua absolvimus et sacramentis ecclesie restituimus in nomine patris etc. /

p. 25] Procurator rei. Ego peto libellum vel partem dimitti cum expensis.

---

[1] *after* evangeliis *three doubtful words added in a smaller hand.* [2] absolucio *in marg.*

Procurator actoris. Ego peto terminum mihi assignari, est tamen contrarius (?).

Judex ad libellandum et respondendum eundem.

Assignamus tibi terminum ad libellandum et alteri parti ad notificandum die Sabbati proximo. Quo adveniente :

Procurator actoris. Ego do hunc libellum quem peto admitti et quod altera pars eidem respondeat in proximo aut ad certum terminum.

Procurator rei. Ego peto terminum ad respondendum libello competentem copiamque eius mihi fieri et concedi interim.

Judex dicat ad respondendum. Assignamus tibi terminum ad respondendum libello die Sabbati proximo et copiam tibi concedi. Quo termino adveniente dicat reus.

Generalitat'. Procurator rei de generalitate indebita specificacione et nullitate libelli protestans litem contestatur. Ego protestor de nimia generalitate obscuritate ineptitudine varietate impertinencia et incertitudine istius libelli, et ea protestacione mihi semper salva dico[1] narrata prout narrantur in eodem libello vera non esse et[2] petita prout petuntur fieri non debere animo litem contestandi.

Vide de hiis verbis, de reg. iur. li. VI$_{o}$. Lib. Sext. et excepcionem in glo.

Procurator actoris. Peto quod repetetur libellus in vim posicionum et articulorum et eo sic repetito procurator rei respondeat posicionibus et articulis si libellus habet aliquas constituciones in ipso insertas.

Procurator rei sic respondeat. Fateor constituciones publicacionesque earundem et iurisdiccionem vestre dominacionis et quod est querelatum de facto non tamen legitime ut credo ceteraque non credo vera esse.

Procurator actoris. / Facio fidem iuxta informacionem mihi et domino meo traditam quam veram esse credi quod credo me potius relevari per responsa partis principalis quam procuratoris in cause occupati. Placebit igitur dominacioni vestre decernere ipsam partem principalem esse citandam tanquam legaliorem ad comparendum in termino competente ad respondendum posicionibus et articulis personaliter. p. 26]

Judex dicat. Nos decernimus ipsam partem principalem citandam fore ad comparendum coram nobis posicionibus et articulis predictis responsuram personaliter XI° die post festum Sancti Michaelis, si super huiusmodi die procuratores consentiunt, alias fiat ad longiorem

[1] nego *interlined*. [2] dico *interlined*.

vel breviorem terminum prout procuratoribus placeat, tamen si de die et loco convenire nolint ad statuendum diem vel locum, iudex debet suum interponere iudicium sic.

Procurator rei caveat. Quivis reus debet cavere ut actor habeat terminum assignatum ad producendum super suo libello seu saltem ad probandum, si merita cause id exigant, ne idem actor excogitata cautella omittat id facere ad quod tenetur, scilicet ut testes suos quocunque tempore introducat. Igitur reus dicat.

Procurator rei. Habeat terminum ad producendum vel ad probandum.

Procurator actoris. Peto terminum mihi assignari ad primo producendum vel ad probandum esse longa distancia, et exprimat distanciam loci ubi partes morantur ut ex hoc iudex facilius limitat (*sic*) terminum ad arbitrium distancie locorum.

Judex dicat. Assignamus terminum ad primo producendum tercio post festum etc. vel dicat assignamus tres dies probacionis etc. /
p. 27] Hec premissa pene in singulis causis prerecitato modo pagantur. Quando tamen causarum altercaciones et negociorum prolixitates alias formas exigunt quas enumerare impossibile sit provide eas omnes et singulas vigilantis procuratoris studio relinquo. Et quia in quibusdam causis grossi libelli non artati plures proponuntur in causis appellacionum et querelarum duplicium et simplicium usitato modo observatis singulis sicut premissum usque ad litis contestacionem ubi actor repetere libellum conatur omissa repeticione predictorum.

Actor dicat in causa appellacionis cum appellatur peto (?) a gravamine.

Appellacio.

Allego quod sunt charte acta inactitata instrumenta munimenta et processus hanc causam concernentes que remanent penes venerabilem virum B. C. iudicem a quo in hac parte appellatum est et querelatum et T. D. eius actorum scribam. Placebit igitur dominacioni vestre decernere[1] prefatos magistros B. C. et T. D. ac omnes alios penes quos acta inactitata processus et instrumenta predicta remanent et existunt quatenus ea omnia et singula sub auctentica forma et clausa, ita quod fides eis tam in iudicio quam extra adhiberi potest fideliter transmittant ad terminum competentem.

Judex dicat. Nos decernimus ipsos iudicem et iudices eorumque scribas monendos de[2] ad transmittendum acta inactitata instrumenta

[1] potius monere *interlined.* [2] pro *interlined.*

et processus predicta sub auctentica forma et clausa, ita quod fides eis tam in iudicio quam extra iudicium valeat exhiberi ad talem diem et locum etc.

Procurator actoris. Cavendum est procuratori ut illud decretum interlocutorium petat et obtentum in scriptis concipiat sigillo iudicis apposito et ad partes exequendas destinari procuret diligenter, alioquin incuria sua causa ob veritatis defectum diucius in suspenso erit. Preterea libellum materiam vel quamcunque excepcionem / [1]proponens p. 28] advertere debet ut ipsum vel ipsam materiam : : :

Actor dicat termino productorio seu probatorio. Produco A. B. C. D. in testes super libello quos peto admitti et in debita iuris forma eos iuramento onerari in presencia alterius procuratoris aut in eius contumacia seu in penam contumacie.

[2]Juramenta testium.[2] Judex dicat. Nos ad peticionem partis istos testes productos admittimus omnes. Et causa testibus declarata in vulgari lingua dicat testibus iudex per illa sancta Dei evangelia quod omni amore timore favore odio prece vel precio penitus postposito integram et veritatem plenam quam sciveritis in hac causa cum fueritis examinati dicetis et nihil aliud, et monemus vos ad subeundum examinacionem tali loco citra horam etc.

Procurator rei. Interrogatoria. Protestor de obiciendo contra istos testes et eorum dicta quatenus nitantur deponere contra intencionem domini mei et peto terminum mihi assignari ad ministranda interrogatoria contra istos testes.

Judex dicat. Assignamus tibi terminum ad interrogatoria ministranda citra meridiem crastini diei et monemus te ad interessendum hoc in loco proximo die Sabbati.

Procurator actoris. Placebit dominacioni vestre monere istos testes quod non recedant ab urbe ante eorum examinacionem sub pena excommunicacionis.

Judex lingua vernacula sic dicat testibus. Monemus vos quod non recedatis ab urbe quousque fueritis examinati sub pena excommunicacionis et veniatis tali tempore ad actorum nostrorum scribam et ipse recipiet examinacionem vestram.

His peractis nihil usque ad publicacionem attestacionum testium predictorum est petendum. /

---

[1] *at the top of p.* 28 *:* probatorio proroget' ex causa. [2]—[2] *in the margin.*

p. 29] Publicacio.

Procurator actoris termino adveniente publicacionis dictorum testium. Vide repert. abb. tit. publicacio . . . Peto publicacionem attestacionum predictorum testium per me productorum in presencia partis adverse. Si pars adversa habeat aliquid ad proponendum contra predicta in libello dicat sic ut sequitur.

Procurator rei. Materia contra publicacionem. Ego allego quod habeo materiam proponendam impedientem publicacionem, quare peto terminum mihi assignari ad dictam materiam proponendam. Quod si res its se habeat,

Judex dicat, cavere tardacionem iudicii. Assignamus tibi terminum ad proponendam dictam materiam totaliter die Sabbati proximo.

Procurator actoris. Assignacio ad publicandum. Placebit dominacioni vestre assignare sibi terminum ad videndam publicacionem testium eodem die casu quo non proposuerit materiam suam sufficientem ad impediendum iuxta assignacionem vestram sub pena.

Judex dicat. Assignamus tibi terminum ad propenendam materiam tali die vel ad comparendum eodem die publicacionis testium ex parte actoris procuratoris fieri videndum si.

Similis fiat processus in omnibus super materia omissa litis contestacione sicut libello et postquam testes sic (ut prefertur) fuerint super materia producti iurati examinatique utraque pars petat publicacionem in forma premissa et fiat hoc pacto.

Judex dicat. Nos publicamus ad peticionem utriusque partis dicta testium et pro publicatis haberi volumus et copias eorundem partibus ea habere volentibus peremptorie decernimus.

p. 30] Procuratores debent esse diligentes. / Curare tamen debent procuratores ut sint diligentes in extrahendo copias attestacionum ab actuariis. Quibus visis et perscrutatis is qui melius suam intencionem probaverit ad ulteriorem procedere advertat et si actor fuerit tunc dicat, peto terminum mihi assignari ad proponenda acta in eadem causa etc., si causa sit plenaria alioquin petat ad informandum et concludendum.

Judex dicat ad proponendum omnia. Assignamus tibi terminum ad proponendum omnia in causa tercio die etc. si proposita non obstiterint. Et nihil refert an reus consenciat huic assignacioni necne.

Actor predicto adveniente termino dicat sic. Exhibeo omnia acta inactitata deducta allegata proposita exhibita confessata pariter et probata quatenus pro parte et non aliter neque alio modo in presencia partis adverse, et peto terminum mihi assignari ad concludendum.

Et si reus eciam sentenciam pro parte sua fieri speraverit subito omnia acta exhibebit modo predicto et petat alteram partem adversam ad eadem fieri videnda citari.

[1]Tene mente quod facta conclusione in causa cessant omnes allegaciones iuris et facti. Di . . . abb. in c. cum dilectus, de fide instrumentorum (2.22.9). Misi Tadhg O Doubhling.[1]

Judex dicat concludi. Assignamus terminum ad concludendum parti petenti die tali et decernimus alteram partem ad interessendum eodem die et loco ad concludendum et concludi in eadem causa videndum.

Actor dicat termino adveniente. Ego concludo cum domino iudice et peto mecum in eadem causa concludi et pro concluso haberi in presencia partis adverse. Tunc reus si adsit causam racionabilem dicere quare concludi non debet in eadem causa illam proponere indiget.

Judex dicat si causa sic se habeat. Conclusio. Nos concludimus cum parte nobiscum concludente et pro concluso haberi volumus. /

p. 31]

Reus dicat. Protestor de gravamine et de appellando eo quod causam legitimam contra conclusionem proposui quam vos domine iudex reiecisti illicite salva vestra reverentia. Sed si reus habuerit talem causam racionabilem que conclusionem huiusmodi impedire non potest tunc iudex debet procedere.

Judex dicat Concludimus cum anbabus partibus aut utraque in huiasmodi causa et pro concluso habemus.

Actor dicat. Ad informandum iudicem in iure. Hic potest iudex assignare horam procuratoribus ad informandum iudicem per iura etc. Peto terminum assignari ad videndam et audiendam sentenciam diffinitivam in causa ferri, et partem adversam ad eandem ferri videndum citari.

Judex dicat ad sentenciam proferendam. Assignamus terminum ad sentenciandum diem Sabbati in presencia C. D. dissencientis assignacioni termini et protestantis de gravamine et de appellando, et ad peticionem actoris decernimus eum ad interessendum eodem termino ad audiendam et ferri videndam sentenciam diffinitivam.

Actor dicat termino adveniente. Contumacia accusata. Accuso contumaciam partis adverse peremptorie citati et non comparentis et in penam contumacie sue sentenciam diffinitivam pro me et contra

---

[1]—[1] *across the margin.*

eam iuxta formam peticionis summarie per me oblate ferri et pronunciari, et offerat senteneiam iudici in scriptis.

Judex dicat sentenciam in penam contumacie. Hanc sentenciam in penam contumacie dicti C. D. oblatam iuxta allegata et probatta (*sic*) in processu huiusmodi cause coram nobis habito fero in hiis scriptis et promulgo. /

p. 32] Reus dicat. Appellacio cum apostolorum peticione. Ab ista sentencia salva reverencia tanti iudicis tanquam iniqua et iniusta et inique lata ad almam curiam Dublinensem directe appello apostolosque peto et requiro vos notarium publicum et omnes hic astantes ad perhibendum testimonium super promulgacione eiusdem.

Judex dicat. Ad recipiendum apostolos. Assignamus tibi ad recipiendum huiusmodi apostolos terminum iuris et locum.

Procurator rei in ultimo momento cause dicat. Allego quod est ultimum momentum protestorque quod appellacionem meam prosequi intendo, placet igitur vestre reverencie apostolos mihi concedi, et hoc peto instanter et instantius et instantissime, iuris beneficio mihi in omnibus semper salvo.

Judex. Processus pro apostolis. Potest iudex processum cause pro apostolis assignare reverencialesve aut refutatorios prout ei videbitur expedire, sed oportebit semper defferri appellacionem sive iustum sive non appellatum exiterit ab ea.

Actor si appellacio non sit intimata. Si infra XV dies a sentencia lata non fuerit appellatum tunc actor debet coram iudice comparere et allegare quod perierunt tot dies nulla appellacione curie facta. Ideo petat sentenciam pro parte sua latam execucioni demandari etc., et expensas cause taxari partemque adversam ad hec fieri videndum citari alias causam legitimam quare sic fieri non debeat allegaturam.

Finem presenti practice curiali sic imposui. /

---

## 11

p. 33] De appellacionum . . . exhib.[1] . . . coram iudice a quo . . . protesteris eam tibi retradere et petas eam leg' . . . desuper fieri que sic lecta et acta nulla dispensac' . . . racionem super ea aut circa principalem causam in curia . . . absque protestacione quod

---

[1] *the text at the top of p. 33, left-hand side, is very faint.*

non intendas eam ibidem ulterius prosequi . . . si facias post appellacionem exhibitam hec est nulla . . . peract' premiss' roges registrarium curie conficere tibi instrumentum super hac appellacione offerendo sibi competens salarium etc.

Peticio partis de admissione posicionum addicionalium. I offer thes posicions addicionales which I pray your honour to be annexed to my libell and Mr. Cowycke to be sworne and examined upon this which I do repete as posicions and articles and desyre justice at your honoures hand for wante of consell.

Peticio pro execucione decreti de sumptibus alimonie date.
I desire Salther that he may be compelled to satisfye your Decre for payment of my chardges.

Nota quod si appellatum fuerit coram iudice a quo sive viva voce apud acta sive in scriptis idem iudex habet assignare terminum ad prosequendum et inde certificandum etc. non cum appellatur coram notario publico quia tunc habet appellans terminum iuris ad propequendum viz. annum et excommunicato biennium. /

Protestacio partis principalis in iudicio comparentis quod non vult revocare procuratores pro ea causa ad iudicia constitutos racione eius comparicionis. Et incontinenter coram nobis ut prefertur ibidem iudicialiter sedentibus comparuit personaliter in iudicio prefatus K. C. et protestavit quod per comparicionem suam huiusmodi noluit nec intendebat revocare procuratores suos in ea parte per eum prius constitutos, neque revocare potestatem eis per eum datam et arbitratam. Et tunc antedictum notarium publicum etc. assumpsit. p. 34]

Clausula pro presbyterii unione.
Et quia dignum est ut qui altari servit vivat ex altari decernimus etc.

Clausula pietatis inserenda cuicunque scripto per superiorem facto et dirigendo suis subditis. Quum pio patris more et paterna affeccione vos pertractare tenemur vestris necessitatibus et commodis prospicere curamus et providere, ne laboribus itinerum sumptibusque infinitis et expensis frequenter factis vos exhauriremini et onerati estis etc.

Alia.

Considerantes quod felix est qui plura negotia sibi adiuncta et diversis temporibus expedienda semel iuxta iuris exigenciam ad laudem et honorem Dei finire valeat etc.

Alia.

Cupientes maxime nostrorum confratrum cleri et populi laboribus et expensis parcere dum proficiscentes ad regium parliamentum non longe a dicto termino eis prefixo anticipatum inibi celebrandum commodius accedere valeant, te igitur etc.

Clausula absolucionis pro ad fidem reddeunte inserenda.

Quia sancta mater ecclesia non claudit gremium reddeunti a quibusvis etc.

Johannes 20. aperire et claudere. Matth. 18 ligare criminosos et absolvere penitentes. Remittere peccata credentibus penitentibus et retinere eadem incredulis et impenitentibus.

Aliquis non habebit Deum patrem qui ecclesiam noluerit habere matrem.

p. 35] [1]Nota quod canonici seculares vocantur ubi adsit decanus, regulares ubi sit prior aut abbas.[1]

---

## 12.

Modus procedendi ad consilium provinciale.

Quinto die mensis Martii anno domini 1494 secundum Anglie et Hibernie compotum in ecclesia metropolitica Sancte Trinitatis Dublin' celebrata missa de Sancto Spiritu et cantato hympno Veni Creator Spiritus reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Walterus miseracione divina Dublin archiepiscopus Hibernie primas, vocatis primitus episcopis suffraganeis decanis et capitulis totius provincie Dublin' clericisque eiusdem per ordinem necnon potestatibus capitaneis civitatum maioribus et ballivis burgorumque et villarum prepositis et officiariis ceterisque secularibus personis totius provincie supradicte suum interesse pretendentibus, metropolitanus pro tribunali sedens

---

[1]—[1] *written at the top of p. 35.*

contumacia absencium accusata et assignata ad actus huius sacri consilii provincialis decrevit accedendum illudque incepit, lecto tamen prius Cum firmiter tenemur. Nomina vero comparencium et absencium scribuntur, absencium per hoc signum ʃ in margine annotari possunt.

ʃ Oliverus episcopus Ossoren' decanus provincie absens.

ʃ Laurencius Fernen' episcopus absens.

Nicholaus episcopus Leghlinen' absens.

Edwardus episcopus Daren' presens personaliter, in secunda comparicione absens.

Prior ecclesie cathedralis Sancte Trinitatis Dublin' presens personaliter apparuit.

Decanus et capitulum ecclesie cathedralis Sancti Patricii comparet, decanus et capitulum per magistrum R. Sçaret procuratorem suum in scriptis constitutum.

Decanus et capitulum Ossorien'.

Decanus et capitulum Fernen' absentes quos citatos etc. metropolitanus pronunciavit contumaces etc. reservata pena. Ipsos iterum preconizatos non comparentes dictus metropolitanus de consensu presencium decrevit eos contumaces et in penam contumaciarum suarum eos et eorum quemlibet a celebracione divinorum fore suspendendos et vive vocis oraculo suspendi decrevit. /

Decanus et capitulum Leghlin' per eundem decanum nomine David Cu'. p. 36]

Decanus et capitulum Daren'.

[1]. . . et in expectacionem.[1] Dominus metropolitanus omnes episcopos decanos et capitula cleros et populos totius provincie Dublin' decrevit graciose expectandos usque in crastinum et continuavit consilium in eundem diem.

Continuacio

Quo die viz. sexto dominus metropolitanus de consensu omnium prelatorum sibi assistencium continuavit consilium usque ad diem Jovis proximum in eodem loco.

Alia continuacio

Quo die Jovis XII° mensis Martii prefatus dominus metropolitanus in dicta metropolitica ecclesia de consensu omnium prelatorum sibi

[1]—[1] *in the margin.*

priori die assistencium interveniente continuavit et prorogavit dictum consilium provinciale ad quartam feriam proximam post dominicam in albis proxime sequentem extunc continuare et prorogare illud ad alium locum si prefato metropolitano visum fuerit per se vel priorem ecclesie sue metropolitice predicte Decanum Dublin' aut magistrum Galfridum Fytch officialem curie sue metropolitice Dublin' principalem.

Excusacio absentis

Johannes abbas Sancti Thome Martiris iuxta Dub. preconizatus. Fr. Symon W. Fr. Jo. N. Fr. Thad. N. iurati ad sancta Dei evangelia excusaverunt dicti abbatis absenciam asserentes quod non potest venire propter membrorum debilitatem quem patitur sine scandalo. Unde constituerunt dictum Fratrem Jo. Power in procuratorem.

Abbates.

Johannes Purshell abbas Sancti Thome presens.
Walterus C. abbas Sancte Marie iuxta Dub. presens.

Priores.

Frater Jacobus N. prior de Holmpatrik.
Frater Richardus prior Sancti Vlstani.
Frater Walterus N. prior Sancti Johannis iuxta Novam Portam. /

p. 37] Propter excessus; allegacio privilegii specialis; decretum citacionis.

Gardianus nove domus fratrum minorum de observancia nuncupatorum iuxta pontem de Kilculyne Dublin' diocesis per citacionem legitime citatus ad hoc consilium provinciale ad respondendum excessibus in diocesi et provincia per eum et suos conventuales factis, et vocatus publica orida tribus vicibus non comparuit, sed duos fratres de eadem domo in dicto consilio presentes eiusdem gardiani absenciam excusarunt allegantes et dicentes quod non tenetur comparere eo quod est nomine privilegiatus, et dicunt eum habuisse et recepisse citacionem rev. patris Walteri etc. et fatentur. Unde dictus reverendissimus pater eundem Gardianum decrevit contumacem pena sibi reservata et decrevit ipsum fore citandum erga diem Lune proxime sequentem.

Decretum contumacie; procuratores non admisit racione . . .

Penultimo die mensis Aprilis anno domini 1495 vocatis ut prius episcopis et aliis prelatis et capitulis ac pro maiori parte absentibus viz. episcopis suffraganeis ac eorum capitulis, ipsos dominus metropolitanus decrevit contumaces et in penam contumaciarum suarum decrevit fore eos puniendos pena sibi reservata, aliosque prelatos absentes similiter decrevit contumaces et in penam contumaciarum suarum decrevit fore excommunicandos et procuratores reverendorum patrum Ossoren' et Leghlin' episcoporum propter illam clausulam potestatem consentiendi in hiis que statutis et consuetudinibus ecclesiarum et diocesium nostrarum derogant eis penitus interdictam non admisit.

Decretum pro provincia visitanda.

Dominus metropolitanus continuavit hoc presens concilium provinciale usque in crastinum. Quo crastino ultimo dicti mensis adveniente coram dicto reverendissimo patre metropolitano comparentibus prelatis Dublin dumtaxat de consensu eorum consilium dissolvit et provinciam fore visitandam decrevit etc. /

---

## 13

Alius processus consilii provincialis Dublin'. p. 38]

Tercio decimo die mensis Januarii anno domini secundum racionabilem ecclesie Anglicane et Hibernicane compotum 1501 in ecclesia metropolitica Sancte Trinitatis Dub. missa etc. et hympno etc. reverendissimus pater Walterus etc. vocatis primitus episcopis decanis et capitulis per ordinem archidiaconisque totius provincie etc. ut in precedente consilio.

Oliverus Ossoren'. Laurencius Fernen'. Nicholaus Leghlin'. Edwardus Daren'.
Prior ecclesie Sancte Trinitatis Dublin'.
Decanus et capitulum ecclesie Sancti Patricii.
Decanus et capitulum Oss'.
Decanus et capitulum Fernen'.
Decanus et capitulum Leghlen'.
Decanus et capitulum Daren' per C. archidiaconum Daren' procuratorem.

Frater W. W. abbas Sancti Thome.
Frater J. O. abbas Beate Marie iuxta Dub.
Frater M. prior Omnium Sanctorum iuxta Dublin'.
Frater Jo. Si. prior Sancti Johannis B. iuxta novam portam Dub. asseruit se exemptum et privilegiatum et non tenere[1] comparere. Unde dominus metropolitanus assignavit sibi diem crastinalem ad exhibendam suam exemptionem quam diem dictus prior assumpserit.
Frater Jo. I. prior de Holmepatrik infirmus.
Prior Sancti Vlstani.
Maior et communitas civitatis Dublin'. /

p. 39] Huius consilii diffinitores
Dominus episcopus Leghlin'. Dominus episcopus Daren'.

Promotores
Magister K. Reyle vicarius de Swerds.
Johannes English rector N.
Willelmus Fyane iurisperitus.

Continuatum est consilium per dominum metropolitanum huius consilii presidentem usque in crastinum in eodem loco.

Lectura constitucionum consilii; continuacio consilii; decretum pro privilegio exhibendo.

Quo die XIIII° mensis Januarii anno supradicto congregatis supradictis episcopis cum aliis prelatis de quibus supra fit mentio in hora nona assignata et consueta ministratis et lectis nonnullis constitucionibus pro usitate rei publice conscriptis dominus metropolitanus continuavit consilium usque post nonas in eodem loco et dehinc in crastinum sequentem. Inde metropolitanus consilium continuavit. Quo adveniente die viz. XV° dicti mensis diffinitis omnibus actis et ministratis dominus metropolitanus cum consensu omnium episcoporum tunc presencium et aliorum prelatorum sibi astancium decrevit quod si Frater Willelmus F. pro parte Sancti Johannis Baptiste extra novam portam se gerens hodie ad VIII dies aut interim non ostenderit domino metropolitano suam exempcionem sufficien-

[1] *recte* teneri

tem / et privilegia exempcionis quod extunc senciat se subiectum et subditum archiepiscopo Dub. et de eius iurisdiccione quousque plene de sua exempcione metropolitanum doceat. p. 40]

Quo die adveniente etc.

---

## 14

### Processus visitacionis ecclesie Trinitatis Dublin'.

Visitacio reverendissimi in Christo patris Walteri archiepiscopi Dublin' Hibernie primatis et metropolitani facta et incepta in domo capitulari ecclesie cathedralis Sancte Trinitatis Dublin' XVI° die mensis Aprilis anno domini 1489.

Frater David E. prior. Frater Richardus S. subprior. Frater Thomas F., Frater Robertus Co., canonici, et sex alii qui scribantur in visitacione semper. Omnia prospera sunt quoad cultum divinum sed grangie et redditus sunt multimode desolata.

Monicio pro compoto.

Dominus metropolitanus monuit priorem et conventum quod reddant compotum de redditibus et proventibus monasterii et de expensis factis isto anno et faciant inventarium et rentale exhibeant de omnibus dominiis terris et tenementis eiusdem super quod canit quedam constitucio Dub. de compoto bis in anno reddendo monasteriis et prioratibus et hoc citra festum Sancte Trinitatis proxime futurum.

Decretum solucioni visitacionis.

In Dei nomine amen. Nos W. Dub. archiepiscopus etc. visitacionem nostram ordinariam actualiter in persona nostra propria exercentes decrevimus istum locum et personas unacum membris eiusdem tam in capite quem in membris salvis temporalibus visitatos et procuraciones nobis racione visitacionis nostre huiusmodi debitas fore persolvendas reservata nobis ex gracia pena contumacie absencium ab huiusmodi visitacione usque ad diem visitacionis cuiuslibet decrevimus.

Pronunciavit omnes absentes contumaces penam suarum contumaciarum ex gracia speciali in chrastinum reservantes. /

15

p. 41] Modus alius. Forma procedendi in consilio provinciali coram Adam archiepiscopo Lofto.

Decimo die Februarii anno ab incarnacione domini 1569 etc.

1. Christophorus <Gafney> episcopus Ossoren' decanus provincie.
2. Joannes <Devrous> episcopus Fernen'.
3. Danell <Kevanagh> episcopus Leghlin' comparuit per episcopum Ossoren' suum procuratorem literatorie constitutum.
4. Robertus <Daylly> Daren' episcopus.

1. Decanus <Jo. Garwey> et capitulum ecclesie cathedralis Sancte Trinitatis Dublin' comparuit per priorem procuratorem.
2. Decanus <Robertus Weston legum doctor cancellarius Hibernie> et capitulum ecclesie cathedralis Sancti P. Dublin' comparuerunt per N. suum procuratorem.
3. Decanus <Willelmus Johnston> et capitulum ecclesie cathedralis Sancti Canici Ossoren'. Comparuerunt decanus personaliter et capitulum per magistrum Petrum Ruffum procuratorem.
4. Decanus et capitulum Fernen' absentes.
5. Decanus <Dermitius Kevanagh> et capitulum Leghlin.' Decanus <Dermitius Kevanagh> personaliter et capitulum per W. Dudall procuratorem suum literatorie constitutum.
6. Decanus <Thomas Wasley> et capitulum Daren'. Thomas Walesley contumax per non legitimum procuratorem etc.

1. Archidiaconus <Robertus Walesley> Dublin' personaliter comparuit.
2. Archidiaconus <Robertus Weth> Ossoren' personaliter comparuit.
3. Archidiaconus <Richardus Deverous> Fernen' absens.
4. Archidiaconus <Edmundus Curren> Leghlen' personaliter comparuit.
5. Archidiaconus <Robertus Daye> Daren' absens.

---

*The names within angular brackets are interlined.*

1. Clerus diocesis Dublin' per Thomam Elis procuratorem rectorem S.

2. Clerus diocesis Ossoren' per magistrum Petrum Roth procuratorem.

3. Clerus diocesis Fernen' per Waltrum Busser procuratorem.

4. Clerus diocesis Leghlen' per Fergallum C. procuratorem et Jacobum G.

5. Clerus diocesis Daren contumaces.

Ego Thadeus Dowlyng interfui et perscrutavi libros registrarii Dublin' ex quibus collegi hoc.

---

16

Visitacionis provincialis forma.

Visitacio metropolitica reverendissimi in Christo patris Adami p. 42]
miseracione divina Dublin archiepiscopi Hibernieque primatis facta et inchoata per venerabiles viros Danielem eadem permissione divina Leghlin' episcopum et magistrum David Clere ecclesie cathedralis Sancte Trinitatis Waterfordie decanum dicti reverendissimi patris commissarios coniunctim et divisim ad eandem visitacionem in eadem Leghlin' diocesi anno tercio metropolitico viz., 1570 exercendam sufficienter deputatos in ecclesia cathedrali Leghlin' XXII° Septembris predicto. Scribe nomina prelatorum etc.

Quibus die et loco dicti commissarii lecta prius eorum commissione 1.
omnes et singulos ad eandem visitacionem subiendam citatos preconizatos etc. et non comparentes omnesque titulos beneficiorum aut litteras ordinum non exhibentes pronunciaverunt contumaces et in penam contumaciarum suarum (ab . . . *interlined*) a celebracione divinorum suspendendos fore decreverunt, recitantes eos ad certos diem et locum per eosdem commissarios infra diocesim predictam assignandos comparituros ad suas contumacias canonice purgandas et 2.
eandem visitacionem iuxta predicti decreti exigentiam subiendam. Quosdam etiam plura beneficia ecclesiastica incompatibilia sine dispensacione saltem legitima tenentes specialiter citandos causam allegaturos quare non debeant primis beneficiis privari per adepcionem

3. et acceptacionem secundi tertii et quarti. Alios quoque beneficiatos iam per ordinarium loci monites pro non residentia privatos ceterosque privandos fore si non personalem residentiam iuxta iuris ecclesiastici et beneficiorum suorum exigentiam in huiusmodi beneficiis suis infra
4 mensem faciant, vel causam reddant legitimam quare sic fieri non debeat. Alios etiam sese pro presbiteris in eadem gerentes ordines ut asseritur pretensos a quibusdam episcopis suppositiciis contra ritum et morem ecclesie Anglicane et Hibernicane imprime superstitiose recipientes similiter citandos certis articulis animarum suarum salutem
5. et eosdem ordines concernentibus responsuros. Aliosque omnes et singulos concubinarios beneficiatos dicte diocesis tam presentes quam absentes monendos comparituros ut supra unacum suis concubinis et matrimonia inter se iuxta leges statuta et iurisdictiones regie maiestatis in ea parte edita solempnizata per testes et alia iuris documenta comprobaturos, alioquin causas legitimas et racionabiles allegaturos quare ipsi propter suas huius modi fornicacionem et incontinenciam ac alia crimina et excessus per eos contra easdem leges statuta et iurisdiccionem commissa et perpetrata corrigi puniri et reformari non debeant.

In Dei nomine amen. Nos prefati commissarii rite et legitime procedentes eandem visitacionem nomine dicti archiepiscopi infra ecclesiam et diocesim Leghlin' predict' actualiter exercitam decernimus easdemque ecclesiam et diocesim clerumque et populum eiusdem tam in capite quam in membris iuxta iuris exigenciam visitat' procuracionesque census et iura ecclesiastica eidem archiepiscopo, que racione huiusmodi visitacionis sibi de iure aut consuetudine debentur fore persolvenda, iurisdiccionem nostram in hac parte quoad detectos in eadem visitacione corrigendos criminaque detecta et excessus simili [modo] reformanda prorogantes.

Lecta et lata die et loco quibus supra. /

p. 43] [1] Homagium est sacramentum fidelitatis quod nullus pro aliquo spirituali facere debeat cum hoc esset (?) simonicum ex. de simon. c. ex diligenti (5.3.17). Clericus tamen tenetur iurare ad obedienciam in certis causis quia obediencia ad debitum (?) extenditur ad officium cuiuslibet prelati, arg. x di. suscipitisne (D.10, c. 1), xi. q. iii quid mirum (c. 49, C. 11 q. 3), vii. q. i quia frater (c. 18, C. 7 q. 1).

[1]—[1] *at the top of the page.*

17

Emanatum erat decretum sub forma sequenti. Adamus miseracione divina Dublin' archiepiscopus etc. et scribatur totus tenor decreti hic. Dat' XV die Januarii 1567.

Allegacio doctoris Ytell quod non debet residere eo quod in scola et habet dispensacionem.

Acta habita in capitulo pro residencia habenda coram reverendissimo in Christo patre Adamo miseracione etc. In domo capitulari dicte ecclesie XII° die Julii 1568 in presencia mei Jac. Roskelii notarii etc. Quibus die et loco comparuit personaliter dictus Thomas Ythell legum doctor prebendarius de Castrocnok iuxta vim formam et effectum mandati predicti, et allegavit omnibus melioribus et efficacioribus via modo et forma quibus melius etc. necnon ad omnimodum iuris effectum qui exinde sequi potuit aut potest, quod neque tenetur iure communi neque de primeva fundacione neque statutis dicte ecclesie cathedralis aut in sacris iniciari ordinibus aut ad personalem residenciam in dicta ecclesia, referendo se ad iura fundacionem et statuta predicta, et casu quo teneretur constitui infra sacros ordines, quod non fatetur sed omnino difficetur et negat, tamen allegavit satis secum hac in parte esse dispensatum per reverendissimum in Christo patrem Matheum miseracione divina Cant' archiepiscopum totius Anglie primatem per quasdam litteras facultatum seu dispensacionum de non promovendo ad sacros ordines racione quorumcunque beneficiorum subscriptas propria manu Willelmi L. ad facultates registrarii et Robertii H. deputati Willelmi Cook clerici regie maiestatis in cancellaria ad facultates sigillatas insuper auttentico sigillo ad facultates de cero rubro habente ymaginem Christi de cruce pendentis ex una parte et serpentis enei ex altera parte ad filum cericum rubri coloris appendentem. Quas / petiit admitti registrari originalesque p. 44] retradi et tantam fidem adhiberi copiis quantam originalibus, ad cuius peticionem dictus reverendissimus pater cum consensu decani et capituli predict' easdem admisit et decrevit fore registrandos, quarum litterarum tenor sequitur et est talis: Matheus etc. Dat' sub sigillo ad facultates II° die Februarii anno domini secundum cursum et computacionem ecclesie Anglicane et Hibernicane 1565 et nostre consecracionis VII°. Willelmus Lark ad facultates registrarius et Robertus H. deputatus Willelmi C. clerici regie maiestatis in cancellaria ad facultates. Et preterea dictus Thomas Ythell omnibus

melioribus etc. allegavit si racione iuris communis sive primeve dicte ecclesia fundacionis sive eiusdem statutorum ad residentiam personalem in dicta ecclesia cathedrali teneatur, quod non fatetur sed penitus difficetur et negat, secum dispensatum esse tam pro eo et ex eo quod studii gracia in Achademia Cantabrigiensi manet, super quo obtulit fidem facere de iure requisitam, quam per litteras quasdam facultatum seu dispensacionum regia auctoritate munitas de non residendi sibi concessas, ad quas exhibendas petiit terminum sibi assignari competentem, ad cuius peticionem reverendissimus pater de consensu decani et capituli predict' assignavit ad exhibendas easdem in dicta domo capitulari XX diem Maii proxime futurum inter horas etc.

Actus pro exhibicione litterarum.
Allegatio studentis cum quo est dispensatum de non residendo.

Similiter eisdem die et loco comparuit personaliter G. C. unus prebendariorum de D. et ad satisfaciendum mandato dicti reverendissimi patris et dicto suo citatorio alias emanato exhibuit litteras ordinum coram eodem reverendissimo patre viz. dyaconatus per reverendum in Christo patrem Nicholaum permissione divina Lyncoln' [episcopum] eidem concessas sub tenore sequenti: Tenore presencium nos Nicholaus etc. dat' die loco et anno predictis, ac eciam litteras/
p. 45] ordinum viz. presbiteratus sibi concessas per reverendum in Christo patrem Edmundum Burgensem episcopum gerentes datam II die Maii 1561 sub auctenticis sigillis dictorum episcoporum sigillatas rubro cero, et allegavit se ad residenciam personalem non teneri in dicta ecclesia propterea quod Oxonie operam litteris dat, super quo ad maiorem fidem faciendam exhibuit quasdam litteras testimoniales sub sigillo officii Commissariatus dicte Oxonie Universitatis declarantes non solum eum ibidem litteris intendere sed etiam ad gradum bacchalaureatus esse promotum, quasquidem dictus reverendissimus pater admisit, et preterea allegavit quasdam litteras patentes dispensacionis de non residendo sibi concessas sub sigillo magno Hibernie per serenissimam in Christo principem E. dei gratia etc. de assensu fidelis deputati eius Henrici Sydney etc gerentes datam apud Dublin XXX° Julii anno regni sui nono subscriptas per Stanihurst ac admissas .i. confirmatas communi consensu decani et capituli dicte ecclesie cathedralis, prout apparet per dicti capituli consensum expresse declaratum in dorso dictarum litterarum patentium, verum etiam quod alias quoque

litteras facultatis seu dispensacionis de non residendo per reverendissimum in Christo patrem etc. concessas quas Oxonie reliquit haud opinatus illas his sibi usui futuras pro eo quod habuit predictas litteras patentes communi consensu decani et capituli predictorum confirmatas. Idcirco petiit competentem terminum sibi assignari ad exhibendas dictas litteras dispensacionis, unde reverendissimus pater cum consensu decani et capituli assignavit ad exhibendas easdem in dicta domo etc.

Ultimo Maii 1568. p. 46]
Racione tempestatis.

Quibus die et loco facta trina preconizatione Thome Ytell comparuit personaliter Robertus Conweye et allegavit se procuratorem fuisse et esse dicti Thome Ythell, ad quod procuratorem fuisse et esse dicti Thome Ythell, ad quod probandum exhibuit procuratorium suum litteratorium dicti Thome et fecit se partem pro eodem etc. ac ad omnem iuris effectum exinde sequi valentem, omnibusque melioribus et efficacioribus via modo et forma quibus de iure melius et efficacius potuit aut potest allegavit quod pro debita sua comparicione nomine procuratoris dicti Thome XX° die Maii ult' elapso iuxta assignacionem alias in huius negocii actum prescriptum fienda debitam et exactam diligenciam fecit, quodque racione comparicionis ut supra fiende ad civitatem Cestrie VIII° die eiusdem mensis Maii die dominica existente ult' prefati mensis Maii devenit, ubi pro navigio solummodo et non ex alia quacunque causa moram fecit et mansit usque ad diem Lune XVI eiusdem mensis Maii diem extunc insequentem, qua die apud Hilbrige in navem sive naviculam intravit et Hiberniam versus velabant, cum in altum mare conscendissent ventorum vi adversa in portum de Bumareys agitabatur (*sic*) /, ubi moram facere noluerunt volentes racione venti non prosperi usque ad XXVI eiusdem mensis Maii diem compulsi sidere, eaque racione non stetisse per eum aut contumaciam aliquam pro parte dicti Thome quominus dicta XX[a] die Maii comparuit, sed tantumodo ad voluntatem Dei quia sic voluit, deque premissa postposicione coniunctim et divisim hanc suam allegacionem admitti petiit et ius et iusticiam fieri et ministrari. Dominus ex consensu decani et capituli duxit deliberandum fore tam super admissione procuratorii quam allegacionis predicte usque in crastinum Sancti Johannis Baptiste proxime futurum, dicto Roberto dissentiente. Demum dictus Robertus nomine procuratorio exhibuir litteras etc. /

q. 47]

## 18

### Visitacio ecclesie cathedralis Sancti **Patricii 1569.**

Visitacio ordinaria reverendissimi in Christo patris Adami miseracione divina Dublin' archiepiscopi Hibernieque primatis facta incepta et inchoata per venerabilem virum Jo. Ball artium magistrum legumque baccalaureum dicti reverendissimi patris vicarium in spiritualibus generalem Curie Metropolitice Dublin' officialem principalem rite et legitime deputatum. In domo capitulari ecclesie cathedralis Sancti Patricii Dub. XIX° die Aprilis anno domini 1569.

Honorabilis vir Robertus Weston in legibus doctor decanus. Magister Thomas Cryel precentor. Magister Robertus Nangle cancellarius. Magister Edmundus Bernewell thesaurarius. Magister Robertus Wasly archidiaconus Dublin'. Magister Johannes Wolpe archidiaconus Glend'. P. B. prebendarius de Swerds. Jo. A. prebendarius Sancti Audoeni. R. Daly prebendarius de Clonemethan. C. Brown prebendarius de Wiclowe. Richardus B. prebendarius de Malyhudart. T. I. prebendarius de Castrocnock. W. L. prebendarius de Typper. Richardus Bet prebendarius de Tassagard.

Donlowan. Maynoth. Howth. Tupperkewyn bis. Monemohenock. Donamore Omyale bis. Stagony.

Quo die perlecta commissione dicti domini Officialis coram dictis decano et capitulo tunc presentibus facta prius preconizacione supradictorum Canonicorum non comparentium dominus de consensu decani et capituli pronuntiavit eos contumaces reservata pena in XVIII$^{m}$ diem Junii proxime futurum. Et quia continuata erat pena contumacie Johannis Wolpe archidiaconi Glyndalachensis, Johannis Dylone prebendarii de Yago, Edwardi Crofts, et Lyonardi FitzSymons in hunc diem diem (*repeated*) in quem erant ex gracia expectati, facta specialiter / trina preconizacione eorundem eisdemque nec eorum
p. 48] aliquo comparente dominus ex consensu decani et capituli pronuntiavit eosdem contumaces reservata pena in XVIII$^{m}$ diem Junii proxime sequentem et decrevit eos gratiose expectandos in illum diem. In quem diem prorogavit visitacionem suam predictam iurisdictione decani interim decano permissa.

Visitacio tenta XVIII° die Junii 1569 in domo capitulari ecclesie cathedralis Sancti Patricii prope Dublin coram Magistro Jo. Ball officiali antedicto.

Honorabilis vir Robertus Weston decanus. Precentor.

Cancellarius. Ro. W. archidiaconus Dublin'. Prebendarius de de Killmatallway. Prebendarius Sancti Audoeni. Et ceteri prout in precedenti visitacione nominantur etc.

Quibus die et loco facta trina preconizatione supradictorum canonicocum non comparentium dominus officialis de consensu decani et capituli pronunciavit eos contumaces reservata pena in XXII^um^ diem Octobris. Et facta iterum trina speciali preconizatione Johannis Wolp archidiaconi de G., Johannis D. prebendarii de Yago, Ed. C., et Leyonardi FitzS., nec eorum aliquo comparente per se vel procuratorem aut nuncium specialem dominus de consensu decani et capituli pronunciavit eos contumaces reservata pena in eundem diem Octobris et decrevit eos gratiose iterum expectandos in illum diem. In quem diem prorogavit suam visitacionem predictam iurisdictione decani interim decano permissa.

Prorogacio racione vindimiarum.

Visitacio tenta in domo capitulari ecclesie cathedralis Sancti P. Dublin'. XXII° die Octobris 1569 coram eodem Johanne Ball officiali antedicto. /

Honorabilis vir Robertus W. legum doctor decanus. Precentor. Cancellarius. E. B. thesaurarius. Robertus W. archidiaconus Dublin'. Robertus Co. prebendarius de Killmatall. P. B. prebendarius de Swerds. Johannes A. prebendarius Sancti Audoeni. Et ceteri ut in prima visitacione nominatim scribantur. p. 49]

Quibus die et loco omnes supradictos prebendarios absentes dominus ex consensu decani et capituli pronunciavit contumaces reservata pena in secundum diem Novembris proxime futurum in eodem loco. Et iterum facta specialiter trina preconizatione Jo. Wolpe archidiaconi de Glendalagh, Johannis Dylone prebendarii de Yago, Edwardi Crofts, et Leornardi (*sic*) FitzSymons, nec eorum aliquo per se vel procuratorem comparente dominus ex consensu decani et capituli pronuntiavit eos contumaces reservata pena in eundem diem viz. II^um^ Novembris et decrevit eos ex gratia iterum expectandos in illum diem. In quem diem prorogavit visitacionem suam predictam iurisdictione decani semper interim sibi permissa.

Visitacio tenta in domo capitulari ecclesie cathedralis Sancti P. Dublin' II° Novembris 1569. Coram eodem Jo. Ball officiali antedicto.

Honorabilis vir Robertus W. legum doctor decanus. T. C. precentor. Robertus Nangle cancellarius. E. B. thesaurarius. Robertus W. archiadiaconus Dublin'. Et ceteri sicut in primo processu. /

p. 50] Quibus die et loco facta trina etc. reservata pena in IXum diem Novembris proxime sequentem et iterum facta specialiter etc. ut in prox' verbat'.

Visitacio prorogata in hunc diem et locum viz. IX Novembris 1569 tenta coram Jo. Ball officiali antedicto.

Honorabilis vir Robertus decanus. Precentor etc.

Quibus die et loco facta trina preconizatione dictorum prebendariorum non comparencium etc., et iterum facta specialiter trina preconizatione Johannis Wolpe etc. et decrevit eos iterum gratiose expectandos in illum diem, et ministravit interrogatoria quedam decano eiusdem ecclesie cathedralis concernentibus (*sic*) personam ipsius capituli et Archiepiscopi quibus iussit respondere, et decanus petiit terminum ad respondendum usque in eundem diem, ad cuius peticionem dominus decrevit et prorogavit visitacionem de consensu predictorum in dictum diem.

Visitacio tenta in domo capitulari ecclesie cathedralis Sancti P. Dublin' XIV die Novembris 1569 coram eodem Jo. Ball Officiali antedicto.

p. 51] Honorabilis vir Robertus Weston legum doctor decanus, etc. /

Quibus die et loco dominus decanus exhibuit interrogatoria sibi prius ministrata unacum responsionibus in scriptis, que dominus recepit et apud acta dimisit. Et iterum facta specialiter trina preconizatione Johannis Wolpe etc. reservata pena in diem Sabbati proxime sequentem viz. XIX$^{um}$ Novembris, et decrevit eos denuo graciose expectandos in eundem diem Sabbati. Deinde dominus ex consensu decani et capituli ad convincendam maliciam contumacem absentium priori die preconizatorum conservatam penam in eundem diem rursus reservavit in illum diem Sabbati. Deinde dominus de consensu decani et capituli continuavit visitacionem in eundem diem Sabbati in ecclesia predicta loco capitulari ibidem.

Visitacio tenta XIX° Novembris inter horas secundam et terciam post meridiem in domo capitulari ecclesie cathedralis Sancti Patricii Dublin' coram Jo. B.

Quibus die et loco Johannes Wolpe etc. Jo. Dyllon etc. Edwardus C. et Leonardus FitzSymons prebendarius de Rathmighill erant ter preconizati et non comparuerunt. Unde eoque per tempus legitimum citati sepius preconizati et multocies ex gracia expectati nec per se vel per procuratores suos legitimos comparentes dominus de consensu decani et capituli pronuntiavit eos et eorum quemlibet contumaces et in penam contumaciarum suarum decrevit procedendum ad ulteriora contra eosdem iuxta iuris exigenciam die Lune proxime futuro ad tres septimanas viz. XII° Decembris in eadem domo capitulari si fuerit iuridicus alioquin die iuridico ibidem. /

Eodem die dominus ex consensu decani et capituli monuit Thomam C. precentorem dicte ecclesie cathedralis, Robertum N. canonicum eiusdem, Robertum W. archidiaconum Dublin', Robertum Comander prebendarium de [*prebend not stated*], Johannem Alen prebendarium Sancti Audoeni, C. Browne prebendarium de Wycloe et Nynianum Menytwell prebendarium de Donlovan, si plura beneficia incompatibilia habuerint quam unum ad exhibendas litteras dispensacionum siquas habeant die Lune ad tres septimanas viz. XII° Decembris, alioquin ad dicendam causam quare non debeant primis privari post accepcionem secundi tertii vel quarti. Et statim prebendarius de Kylmatalway exhibuit litteras qualificacionum honorabilis viri domini Henrici Sydney deputati Regni Hibernie sub sigillo eius ad arma, quas dominus ad eius peticionem admisit et decrevit orginale retradi relicta prius apud acta copia et tantam fidem adhibere copie quantam originali. Quarum quidem litterarum tenor sequitur et est talis: Omnibus Christi fidelibus etc. Et ulterius ex consensu decani et capituli eo quod Edmondus B. thesaurarius dicte ecclesie cathedralis, Robertus Daly Darensis episcopus prebendarius de Clonemethan, et J. D. prebendarius de Yago non facerunt (*sic*) personalem residenciam iuxta iuris exigenciam in dicta ecclesia cathedrali decrevit eos citandos in diem Lune predictum ad tres septimanas personaliter si sic inveniri possint alioquin in competentem diem per iudicem statuendum citandos per affixionem citacionis in stalis eorum aliisve viis et modis quibus melius noticia dicte citacionis ad eos pervenire poterit et ad personaliter residendum in prebendis suis predictis et exhibendas litteras ordinum collacionum et institucionum ac dispensacionum si plura beneficia incompatibilia habeant. / Preterea dominus ex consensu predictorum decrevit quosdam privatim per dominum monendos ad comparendum eodem die Lune ad respondendum certis articulis crimina et excessus eorum concernentibus per decanum detectos. Et

p. 52] p. 53]

iterum dominus ex gratia reservavit penam contumaciarum| et prorogavit visitacionem in eundem diem Lune viz. XII um Decembris

Visitacio tenta in domo capitulari ecclesie cathedralis Sancti P. Dublin' die Lune viz. XII° Decembris 1569 coram eodem Jo. B. officiali predicto.

Officialis domini contra Jo. Wolpe archidiaconum de Glendalaghe.

Quibus die et loco facta trina preconizatione Johannis Volp et eo non comparente dominus de consensu decani et capituli, quia dictus Johannes iuxta decretum prius emanatum non comparuit ad faciendam personalem residenciam in archidiaconatu suo iuxta iuris exigenciam, sed vocatus et citatus ac diu ex gratia expectatus contumaciter se absentavit, decrevit procedendum ad prolacionem sententie deprivacionis contra eundem racione non residencie, quam dominus legit tulit et promulgavit in scriptis in presencia venerabilium virorum Roberti Weston legum doctoris decani ecclesie cathedralis Sancti Patricii Dublin', T. C. precentoris etc. et aliorum.

Officialis domini adversus Edwardum Crofts prebendarium de Rathmighel.

Quibus die et loco etc. ut in processu precedenti.

Et similiter contra Edwardum Crofts et Leonardum FitzSymons erat decretum. /

p. 54] Officialis domini adversus Johannem Dyllone prebendarium de Yago.

Quibus die et loco facta trina preconizatione dicti Johannis Dyllone prebendarii de Yago Robertus Nangle cancellarius ecclesie cathedralis Sancti P. Dublin' comparuit et allegavit se procuratorem legitime constitutum dicti Johannis et allegavit dictum Johannem dare operam litteris in Achademia Oxoniensi et bene in eisdem profecisse, quare petiit terminum sibi assignari usque ad quindenam post festum Pasche ad exhibendas litteras procuratorias quia eas iam premanibus non habet, et litteras testimoniales universitatis Oxoniensis ipsum esse studii gratia ibidem, ad cuius peticionem dominus ex consensu decani et capituli decrevit.

Deinde dominus de consensu decani et capituli prorogavit visitacionem in horam primam post meridiem ad effectus predictos et monuit ipsos ad interessendum et prorogavit similiter actus nunc expediendos ad eandem horam.

Eodem die et loco inter horas primam et secundam post meridiem eiusdem diei ad exhibendas litteras ordinum collacionum et dispensacionum.

Officialis domini adversus reverendum patrem episcopum Darensem prebendarium de Clonemethan.

Ad residendum et exhibendas litteras ordinum collacionum institucionum et dispensacionum.

Quibus die et loco exhibito decreto executo per Nicholaum Byrne prout in dorso apparet personaliter comparuit reverendus pater Robertus Darensis episcopus prebendarius de Clonemethan, et allegavit noticiam decreti predicti pervenisse ad se tantum infra duos dies hunc diem precedentes, et allegavit preterea litteras ordinum collacionum et institucionum ac dispensacionum esse alias abesse ab hoc loco XX miliaria et amplius, adeo non potest eas exhibere iuxta / effectum p. 55] decreti, quare petiit terminum ad exhibendas easdem in crastinum Hillarii, ad cuius peticionem dominus ex consensu decani et capituli decrevit dictum diem ad eundem effectum.

Officialis domini adversus Richardum Johnstone unum prebendariorum de Tipperkevyn.

Quibus die et loco exhibitio decreto executo per Nicholaum B. dictus Richardus Johnstone comparuit et exhibuit litteras ordinum tres subdiaconatus diaconatus et presbiteratus per Johanem Lyncolnen' episcopum sibi collatorum gerentes datam 1560,[1] eciamque collacionum de Typerkevyn gerentes datam XII Junii 1559, et litteras collacionum rectorie de Delgny gerentes datam penultimo Julii 1559, et litteras dispensacionum reverendissimi patris Thome Cantuar' [archi]episcopi totius Anglie primatis sigillo suo ad facultates sigillatas et confirmatas per sigillum magnum Anglie, quas petiit exemplificari et tantam fidem adhibere copiis quantam originalibus et originalia sibi retradi. Ad cuius peticionem dominus de consensu decani et capituli decrevit. Et ad peticionem dicti Richardi ad exhibendas litteras institucionum vicarie de Wyclowe quas non potuit exhibere absque periculo corporis sui propter guerras ibidem agitatas, dominus ex consensu predictorum assignavit in crastinum Purificacionis Beate Marie alias in proximam Ascensionem Domini tenenda[m].

Officialis domini contra archiepiscopum Armachanum prebendarium de Yago.[2]

---

[1] *this figure has been corrected in the MS.; the right reading may be* 1556.

[2] *Stagonil was actually the prebend held by the Archbishop of Armagh.*

Quo die exhibito decreto executo per Nicholaum B. et facta fide per eundem se personaliter citasse predictum Thomam prebendarium personaliter ad effectum predictum dominus ex consensu decani et capituli pronunciavit eum contumacem reservata pena in prox' viz. crastino Purificacionis Beate Marie alioquin proximo die Domini Assessionis.

p. 56] Officialis domini adversus Johannem Alen prebendarium de —.[1]

Quo die Alen exhibuit litteras collacionum prebende sue Sancti Audoeni gerentes datam anno domini 1564, et litteras induccionis de Kyll Darensis diocesis, et litteras induccionis de Laracor Mydensis diocesis vicarie gerentes datam 12° die Martii 1565, ac dispensacionum gerentes datam XXIX Decembris anno R. R. Elizabethe VIII°, necnon et chartam regiam ad exemendum omnes prebendarios huius ecclesie cathedralis Sancti P. successive de residentia in aliis ecclesiis quibuscunque et easdem retinere, quas petiit registrari etc., ad cuius peticionem dominus de consensu decani et capituli decrevit et monuit eum ad interessendum ut supra in crastino Hilarii.

Officialis domini adversus Nynianum Mynetwell prebendarium de Donlovan, Christophorum Brown prebendarium de Wyclowe, et Johannem Dongan prebendarium de Howth.

Quo die personaliter comparuerunt Nynianus Mynetwell tam pro se quam pro Christophoro Browne et Johannes Dongan per se ipsum, et quia non habuerunt litteras suas ad manus petierunt terminum in crastinum Hillarii ad exhibendas litteras, ad quorum peticionem dominus de consensu decani et capituli decrevit ut supra.

Officialis domini adversus Vicarios Chorales ecclesie cathedralis Sancti P. Dublin'.

Quo die exhibito decreto executo per Nicholaum Byrne Vicarii Chorales comparuerunt personaliter prout in dorso citacionis nominatim scribuntur.

[1] Protestacio decani contra visitacionem ordinariam VI° Octobris est talis. Quod si beneficium extravag. qui incipit, Debet superioribus etc. in aliquo derogetur usui visitacionis ordinarie ecclesie Sarum etc. protestatur et declaret nunc prout extunc et tunc prout exnunc quod iste modus introeundi capitulum reformabitur ad instar ecclesie Sarum. Deinde archiepiscopus de composicionibus inter archiepiscopum et decanum instructus dissolvit visitacionem salvis compertis.[1]

---

[1] *the name of the prebend* (*St. Audoen's*) *has been omitted.*

[1]—[1] *this passage is at the bottom of p.* 56.

Richardus Nangle vicarius decani exhibuit litteras ordinum et institucionum pro vicaria de Rathmore Dublin' diocesis prout in dorso litterarum patet manu iudicis annotatum. p. 57]

Johannes Laghlen allegavit se amisisse litteras ordinum in Atria Dei cum villa erat ruinata per dominum O Neyll.

Richardus S. unus parvorum canonicorum exhibuit litteras ordinum prout in dorso apparet.

Walterus Bussher allegavit se non potuisse exhibere litteras ordinum statim quia erant in comitatu Wexfordie, quare petiit sibi terminum assignari ad exhibendas easdem, unde dominus assignavit ei crastinum Purificacionis Beate Marie ad exhibendas litteras ordinum, et quartum diem post Hilarii festum ad respondendum certis articulis meram anime sue salutem concernentibus, et monuit eum ad interessendum eisdem diebus et loco.

Deinde dominus ex consensu decani et capituli continuavit visitacionem ad supradictos dies respective in eodem loco capitulari ad eosdem effectus facta prius monicione et intimacione. /

Visitacio tenta crastino Hilarii viz. XIIII° die Januarii 1569 in domo capitulari etc. inter horas terciam et quartam eiusdem diei coram eodem Jo. Ball officiali antedicto. p. 58]

Nynianus Mynetwell prebendarius de Donelovane exhibuit litteras ordinum sibi per Jo. Dar. episcopum collatorum annotatas meaque manu indorsatas, et litteras collacionis prebende de Downlovan gerentes datam XXVI° Mai 1569, quas petiit registrari et originalia sibi retradi et tantam fidem adhibere copiis quantam originalibus, ad cuius peticionem dominus decrevit.

Galfridus Cressy unus prebendariorum de Donamore Omaill exhibuit litteras dispensacionum M. Cant. archiepiscopi totius Anglie primatis sigillo ad facultates sigillatas, unacum vera copia eiusdem, quam petiit registrari relinquens eandem copiam apud acta, et tantam fidem adhibere copie quantam originali. Et allegavit se vigore earundem litterarum et quod Oxonie litteris intendebat a personali residentia per tempus in dictis litteris expressum esse excusatum, proinde petiit se sic haberi excusatum. Unde dominus ex causis preallegatis de consensu decani et capituli eum dimisit.

Deinde dominus ex consensu decani et capituli prorogavit visitacionem in XVIII$^{um}$ diem Januarii proxime futurum in eadem domo capitulari si dies etc.

Visitacio tenta die Martis viz. XVIII° Januarii 1569 in domo capitulari etc. coram etc.

Precentor, Cancellarius, Patricius Byrne, Christophorus Brun habent hunc diem ad respondendum articulis anime salutem concernentibus. /

p. 59] Officialis domini adversus Thomam Crieff precentorem.

Quo die dominus ex consensu decani et capituli oneravit magistrum precentorem iuramento tactis sacrosanctis Dei evangeliis ad respondendum certis articulis anime sue salutem concernentibus tangentibus crimen visitacione decani detectum et monuit eum de consensu predictorum ad subeundum examen infra diem Veneris ad septimanam.

Et sic de aliis consociis comparentibus.

Officialis domini adversus Patricium Byrne prebendarium de Swerds.

Quo die facta trina preconizatione eiusdem Patricii per dominum officialem moniti ad hunc diem et locum eo quod non comparuit dominus ex consensu decani et capituli decrevit eum citandum viis et modis quibus melius debuit et potuit per affixionem citacionis in stallo ad diem Veneris proximum ad septimanam sub pena iuris.

Officialis domini adversus episcopum Darensem prebendarium de Clonemethan.

Quo die exhibuit litteras collacionum prebende et institucionum vicarie de Swerds gerentes datam anno domini 1561, ac quasdam litteras commendatorias quibus Regina concessit in commendam illi unacum episcopatu Darensi prebendam et vicariam predictas, quas ad eius peticionem dominus decrevit registrari et tantam fidem etc. ac originalia sibi retradi.

Deinde dominus ex consensu decani et capituli prorogavit visitacionem suam in diem Veneris proxime sequentem ad septimanam viz. XXVII Januarii in eodem loco capitulari, reservata interim quibusdam continuacionibus prius per eum assignatis. /

p. 60] Visitacio tenta XX° die Januarii 1569 in domo etc. coram etc.

Citati in hunc diem ad residendum in stallis Edmundus B. thesaurarius, Thomas J. prebendarius de Maynoth, et Johannes G.

Officialis domini adversus ——.[1]

Quo die comparuit personaliter Nicholaus B. et exhibuit decretum iudic' executum per eundem III° die Decembris 1569 et eodem die per eundem affixum in stallo thesaurarii dicte ecclesie ubi continue usque in hunc diem permansit. Unde facta trina preconizatione dicti thesau-

---

[1] *name omitted in the MS.*

rarii eo non comparente per se nec per procuratorem legitimum dominus ex consensu decani et capituli pronunciavit eum contumacem reservata pena usque in VIum diem Martii prox', in quem usque in diem decrevit eum graciose expectandum.

Et sic de aliis citatis non comparentibus.

Deinde dominus ex consensu decani et capituli continuavit visitacionem ad VIum diem Martii si juridicus fuerit alioquin proximum diem iuridicum extunc sequentem in eadem domo capitulari.

Visitacio tenta in domo capitulari ecclesie cathedralis Sancti P. Dublin' XXIIII. Februarii 1569 coram officiali.

Examinati fuerunt omnes viz. precentor, cancellarius, etc.

Thadeus Dowlyng.[1] Robertus.[2] /

Quo die quia erat dies feriatus adeo ut non poterant expediri actus iuridici dominus ex consensu decani et capituli monuit predictas p. 61] personas viz. precentorem etc. ad interessendum crastino die inter horas etc. post meridiem in eodem loco ad ulteriora et continuavit visitacionem ex consensu predictorum usque in dictas horas in eodem loco.

Visitacio tenta in domo etc. XXV. Februarii 1569 inter horas etc. coram etc.

Quo die dominus decanus quia valitudine laborat adeo non poterat ad capitulum accedere commisit vices suas Edmundo Bucly[3], prout apparet ex registro domini archiepiscopi Dublin'.

Officialis domini adversus T. C. precentorem.

Ad videnda ulteriora etc. istis die et loco.

Quo die dominus ex consensu decani et capituli ad purgandam famam adulterii in deteccionibus decani super eodem inductam indixit eidem precentori purgacionem canonicam cum sexta manu parium in diem Veneris proximum inter horas etc., et monuit eundem precentorem ad interessendum eodem die ad eundem effectum. Et sic de aliis.

Officialis domini. Ad videnda ulteriora.

Quo die dominus ex consensu decani et capituli iniunxit eidem Hart sua crimina confitenti penitenciam publicam in publica congregacione apud ecclesiam cathedralem etc. faciendam iuxta formam sibi in scriptis prestandam. / ........................................

---

[1] *in a different hand.* [2] *in the margin.*
[3] *apparently an error for* Edwardo Bulkly.

p. 62] Deinde dominus ex consensu decani et capituli continuavit visitacionem usque in tertium diem Martii proxime futurum in eodem loco si iuridicus fuerit etc.

Visitacio tenta in domo capitulari etc. III° die Marti 1569 inter horas etc. coram etc.

Officialis domini adversus precentorem. Ad purgandum se cum sexta manu parium habet idem precentor istis die et loco.

Quo die dictus precentor obtulit purgacionem suam et nominavit compurgatores suos Robertum Nangle cancellarium, Robertum W. archidiaconum Dublin', Patricium B. prebendarium de Swerds, C. Browne prebendarium de Wyclowe, R. Johnson, et N. Menywell. Quorum tres viz. R. Nangle, C. Browne, et P. Byrne, quia in eadem visitacione super diversis criminibus detecti erant de quibus adhuc se non purgaverant, itemque Nynianum Menywell, quia fuit prout iudicialiter confessus est de manifeste usure crimine convictus in Scaccario Regni Anglie, dominus ex causis predictis recusavit et reiecit tanquam compurgatores non sufficientes nec legitimos. Deinde precentor predictus allegavit non fuisse nec esse in oppido sufficientem numerum aliorum prebendariorum ad suppliendum numerum compurgatorum et se putasse supradictos compurgatores esse sufficientes, ideo ex gracia petiit ulteriorem terminum. Unde dominus ex consensu decani assignavit crastinum diem post festum Sancti P. ad purgandum se sexta manu parum irreprehensibilium ut supra. /

p. 63] Officialis domini adversus Walterum Bussher. Ad purgandum se.[1]

Quo die dictus Walterus Bussher nominavit ad purgandum se suos compurgatores Richardum Nangle, Willelmum Myagh, Robertum Nollane, J. L., R. S., et L. C. presbiteros quos petiit admitti, ad cuius peticionem dominus de consensu decani et capituli admisit et eundem Walterum prius iuramento oneravit et inde dictos compurgatores similiter qui iurati fuerunt de eorum credulitate ut iuris est. Unde dominus eius purgacionem admisit et ipsum Walterum sue pristine fame restituit.

Deinde dominus ex consensu decani et capituli continuavit visitacionem in crastinum Sancti P. proxime sequentem si dies iuridicus etc.

---

[1] *two illegible words follow.*

Visitacio tenta in domo etc. sexto Martii coram etc. [1]magistro Johanne Ball artium magistro legum baccalaureo reverendissimi in Christo patris Adami Dublin' archiepiscopo Hibernieque primatis.[1]

Officialis domini adversus Edmundum Bernawell thesaurarium.

Graciose fuit dictus Edmundus in hunc diem ex consensu decani et capituli expectatus ad residentiam et alios effectus in citacione expressos.

Quo die comparuit Robertus W. archidiaconus Dublin' et exhibuit litteras quasdam pretense procuracionis (ut asseritur) manu propria dicti Edmundi subscriptas et sigillo suo sigillatas, quas allegavit fuisse signatas manu dicti Edmundi propria et sigillo suo sigillatas et sibi traditas, et preterea allegavit dictum Edmundum Bernewell adeo valitudine laborasse ut non possit absque periculo corporis interesse iuxta decretum iudic' in ea / parte emanatum, ad quod probandum p. 64] produxit Thomam Cusshake iurisperitum ad premissa specialiter missum tam ad defferendum procuratorium quam ad allegandas causas absentie qui fecit fidem etc. Deinde dictus Robertus Wasly archidiaconus nomine dicti Edmundi preterea allegavit dictum Edmundum Bernawell excusatum a personali residentia per litteras dispensacionum Henrici VIII$^{vi}$ et Edwardi sexti ut audivit et litteras etiam dispensacionum ad recipiendum quicquid beneficium ecclesiasticum et allegavit eas esse Oxonie in custodia Davidis Dalahyde. Que omnia et singula premissa allegavit fuisse et esse vera. Deinde dictus Robertus iussus per iudicem prestare iuramentum quod credit allegacionem predictam fuisse et esse veram et quod hec premissa non allegavit dilacionis aut protelandi iudicii causa, recusavit quia hec tantum accepit (ut asserebat) ex auditu Thome Cusak predicti, qui per iudicem in domo capitulari vocatus et interrogatus an vidisset litteras dispensacionum predictas dixit se non vidisse sed audivisse dictum Edmundum predictum tales litteras habere. Deinde dominus ex consensu decani et capituli decrevit eum expectandum usque in crastinum post festum Sancti P., et decrevit eundem ex consensu predict' monendum per iudic' citacionem vel Robertum W. predictum procuratorem dicti Edmundi ut litteras suas predictas dispensacionum mitteret alioquin quod faceret personalem residenciam eodem die cum intimacione sentencie etc. /

Officialis domini adversus prebendarium de Maynothe. p. 65]

---

[1]—[1] *an addition.*

Graciose fuit in hunc diem de consensu decani et capituli expectatus ad residendum et alios effectus etc.

Quo die facta eiusdem trina prceonizatione per more eo non comparente per se vel procuratorem legitimum sed contumaciter iterum se absentante dominus ex consensu decani et capituli pronuntiavit eum contumacem reservata pena in proximum crastinum post festum Sancti P,. et ex gracia ad convincendam eius maliciam decrevit eum expectandum in dictum crastinum ad residendum et alios effectus etc.

Et sic de aliis consimilibus.

Deinde dominus ex consensu decani et capituli prorogavit visitacionem suam in crastinum post Sancti P. festum si dies iuridicus fuerit alioquin proximo die iuridico extunc sequente in eodem loco capitulari inter horas etc.

*written across p.* 65 : Thomas Ellys exhibuit litteras or.Jinum . . . (*below, two words hard to decipher.*)

---

## 19

Actus super appellacionis interposicione in camera officialis metropolitani a iurisdiccione suffraganei.

Interposita fuit presens appellacio sive querela coram prefato venerabili viro magistro Johanne Ball Officiali in camera sua infra aedes domini Cancellarii scituata quinto die mensis Maii 1570, et ad humilem peticionem infranominati Johannis Furlong dominus absolvit
p. 66] eum usque / ad et in diem Nativitatis Sancti Johannis Baptiste proxime insequentem, et deinde ad eius peticionem decrevit iudicem a quo et eius actorem scribam seu scribas necnon infranominatam Eleonoram Dobbyn in specie omnesque alios et singulos in genere inhibendos fore, dictumque Richardum Dewerox iudicem a quo et Elinoram Dobyn citandos ad comparendum decimo die post si iuridicus fuerit alioquin proximo die iuridico responsuros eidem Johanni Furlong in causa appellacionis sive nullitatis querele huiusmodi necnon causam racionabilem etc. dicturos quare simpliciter absolvi non debeat etc. In presentia mei Jacobi[1] Cuskellii notarii publici registrarii etc. Super quibus requisivit me etc. unum seu plura instrumentum etc. conficere ac testes astantes testimonium perhibere, presentibus tunc ibidem Wo. Flude notario publico Waltero etc. testibus etc.

---

[1] Jocobi *MS.*

[1] Alio modo.

Ad cuius peticionem decrevit pro iurisdictione sua cognoscibili atque litteras inhibitatorias iudici a quo emanandas et eum cum partibus ad XV diem etc. citandum deferentem secum totum et integrum processum etc. ad dictum diem.[1]

Actus cum appellatur a gravamine coram iudice a quo cum assignacione loco appostolorum totius processus causae.

Quo die pars Elinorae Dobyn exhibuit quandam appellacionem in scriptis a quibusdam pretensis et fictis gravaminibus ad regiam maiestatem in camera sua in regno suo Hibernie factis, quam prius publice perlegit in camera Officialis infra Sanctum Sepulchrum coram dicto officiali in presentia Willelmi Flud notarii publici Johannis Byrne iurisperiti et mei Jacobi C. notarii publici registrarii etc. Cui appellacioni dominus Officialis ob honorem et reverentiam tanti principis licet frivola et causas expresse falsas / continenti detulit, et p 67]
loco apostolorum obtulit ei totum et integrum processum coram eodem officiali in eadem causa habitum suis expensis et statuit ei terminum ad prosequendam suam appellacionem isto die ad quendenam et ad certificandum super hac appellacione sic prosecuta proximo die iuridico extunc immediate sequente.

Actus cum termini ad prosequendam et certificandam appellacionem sunt elapsi, continens decretum ad citandam partem appellantem ad ulteriorem processum in eadem causa viis et modis iuxta formam retroactorum exhibentem procuratorium suum alias apud acta remanens et facientem[2] se partem pro eodem Luca etc.

Quo die dominus ad peticionem Fludd, allegantis terminos tam ad prosequendam quam ad certificandam appellacionem pretensam alias per dictam Elionoram exhibitam fuisse et esse elapsos, decrevit dictam Dobyn citandam fore personaliter si etc. alioquin viis et modis tam ad dicendam causam quare eadem appellacio eo pretextu non debeat pro deserta haberi et pronunciari quam etiam ad videnda ulteriora in hac causa iuxta formam retroactorum procedi fienda.

---

[1]—[1] *at the top of p.* 66.
[2] *MS.* faciens,
[3] *interlined:* et fatalia iuris .i. anni vel benni (*sic, for* bienni) de iure sed termini sunt hominis ministerio.

Actus cum apparitor negligat exequi decretum citacionis debito modo pro renovacione alterius decreti.

Negotium testamentarium promotum per Lucam Tole executorem nominatum in testamento Felimei ec (?) nuper defuncti.

Quibus die et loco comparuit personaliter Willelmus Fludd exhibens procuratorium suum literatorium alias penes registrum remanens pro dicto Luca et fecit se partem pro eodem etc., et allegavit decretum alias in hac parte interpositum fuisse et esse diligentia partis sue debitis loco et tempore extractum, sed per negligentiam mandatarii
p. 68] Richardi Moeawn (?) stetisse / et stare quominus iuxta tenorem eiusdem debite executum fuit. Unde facta fide petiit decretum ad effectum supradictum renovari etc., ad cuius peticionem dominus renovavit ab hoc die in quindenam.

Actus super prolacione sentencie diffinitive in contumaciam ree partis promulgate.

Quo die et loco facta trina preconizatione dicti Thomae non comparentis dominus ad peticionem dictae Alesone accusantis eius contumaciam pronunciavit eum contumacem et in penam contumacie sue decrevit procedendum ad sentenciam diffinitivam in ea parte promulgandam quam statim in scriptis legit tulit et promulgavit in presencia horum testium etc.

Actus ubi precluditur terminus ad dicendum contra Commissionem et acta ac propter contumaciam decretum est ad citandum principalem ad omnes actus iudiciales et procedendum pro valore iurisdiccionis.

Ipsoque die Lunae predicto viz. IIII° die mensis Augusti anno domini etc. et loco predicto hora quasi inter octavam et nonam ante meridiem comparuit in iudicio coram prefato domino Commissario pro tribunali sedente unacum dicto collega suo tunc ibidem presente magister Robertus Kynt procurator et eo nomine petiit prefatum Thomam C. partem adversam principalem et Johannem W. eius procuratorem canonice per predictum dominum Commissarium in hac parte preconizari mandari. Unde dictus Commissarius de consensu sui college predicti prefatos Thomam C. et Johannem W. eius ut
p. 69] predicitur procuratorem publice fecit preconizari quos / sic monitos preconizatos diutius expectatos et nulla modo comparentes nec aliquid iuxta desiderium diei dicere vel opponere verbo aut scriptis contra dictam Commissionem acta actitata sive processum curantes, idem

dominus iudex cum consensu predicto pronunciavit eosdem contumaces quoad initium et terminum huiusmodi et in penam contumaciarum suarum huiusmodi ad peticionem dicti Robert K. procuratoris predicti[1] precensit eisdem contumacibus viam ulterius dicendi vel opponendi contra eandem Commissionem acta actitata antedicta. Et ad eandem peticionem decrevit prefatos Thomam C. principalem vel Johannem W. eius procuratorem qui litem in dicta causa contestabitur fore citandum ad comparendum coram eodem iudice aut suo collega antedicto in dicta ecclesia etc. die Lune proxime tunc sequente ad audiendum et videndum pronunciari pro valore dicte Commissionis ac iurisdictionis ipsius Commissarii suique college predicti, necnon ad omnes et singulos actus iudiciales gradatim et successive in dicta causa habendos et fiendos usque ad sentencie diffinitive prolacionem in eadem causa exclusive,[2] cum intimacione quod sive dictus Thomas aut eius procurator in dicto termino et aliis terminis consecutivis in dicta causa usque ad sentencie ut prefatur diffinitive prolacionem in eadem exclusive comparuerit sive non, idem dominus iudex aut eius collega in dicta causa iuxta iuris et sue commissionis exigenciam procedet, ipsius Thomae principalis vel eius procuratoris absencia seu contumacia in ea parte in aliquo non obstante.

Actus ubi exhibita est certificatio de decreto citacionis etc. et interposita est appellacio a gravamine cum peticione apostolorum cui appellacioni datur responsum nullitatis articulorum appellacionis pro apostolis refutatoriis cum protestacione. p. 70]

Quo die etc. Robertus K. procurator predictus certificatorium Thadei B. clerici sigillo officialis etc. ut apparuit sigillatum inter cetera continens tenorem litterarum citatoriarum domini iudicis super ultimo decreto suo concessarum realiter exhibuit, per quas apparuit prefatum magistrum Johannem W. procuratorem predictum iuxta effectum dictarum litterarum citatoriarum peremptorie fuisse et esse citatum. Et facta trina preconizatione ipsius citati quidam Johannes B. procurator ut asseruit dicti Thome C. principalis comparuit quoddam publicum appellacionis instrumentum manu et signo magistri Johannis C. notarii publici civitatis London' subscriptum ut apparuit et signatum pro parte dicti Thomae C. ut dicitur interposite presentans ac eidem Commissario realiter tradidit et

---

[1] precensu;t *six*.

[2] inclusiue *interlined after* exclusive.

notificavit [1]ac apostolos pluries petiit ac instanter,[1] quam appellacionem dictus Commissarius coram eo legit mandavit et fecit. Qua ibidem lecta idem Commissarius de consensu sui college publice protestatus fuit quod si ipse aut dictus suus collega in aliquo partem ipsius Thomae C. gravaverit seu gravamen eidem intulerit eorum alter, quod non fatetur ymmo difficetur expresse, paratus fuit et paratum se obtulit huiusmodi gravamen revocare in casu quo de eo liquere poterit. Et dixit insuper quod ubi inter cetera gravamina pretensa in eadem appellatione suggeritur, licet minus vere, quod idem commissarius copiam Commissionis sue et actorum coram eo in hac parte hic (?) per partem dicti Thome petitam eidem denegasset, suggesta huiusmodi notorie fuerunt et sunt falsa, cum in rei veritate idem commissarius copiam huiusmodi decreverit prout de facto decrevit et tandem pars ipsa habuit et obtinuit seu saltem habere potuit vel per eam stetit quominus habuisset etc. Et ideo eandem appellacionem refutandam fore decrevit et refutavit et hanc responsionem eidem Johanni N. procuratori huiusmodi appellacionem notificanti et apostolos petenti pro apostolis refutatoriis dedit et assignavit. /

## 20

p. 71] Processus in causa destitucionis seu deprivacionis beneficii per Danielem Leghlin' episcopum facte.

In Dei nomine amen. Acta habita et facta in ecclesia cathedrali Sancti Lazeriani Leghlin' XIIII die Januarii anno incarnacionis dominice secundum cursum et computacionem ecclesiarum Anglicane et Hibernicane 1567 coram reverendo in Christo patre Danieli permissione divina Leghlin' episcopo in presentia T. D. clerici eiusdem diocesis Leghlin' registrarii curie consistorialis episcopatus Leghlin' iurati.

Quo die dictus reverendus pater constituit discretum virum Johannem Lelor clericum eiusdem diocesis promotorem necessarium officii sui iuxta stillum et ritum curie predicte et causarum usitat', qui statim allegavit et ministravit quosdam articulos infrascriptos contra et adversus Willelmum Daly assertum vicarium de Bellaroney

---

1—1 *interlined.*

dicte diocesis, propter quos allegavit dictum Willelmum sua vicaria privari debere et deponi, (1) quorum[1] primus articulus est talis quod dictus [Willelmus] fuit et est presentatus a non vero patrono eiusdem vicarie et ideo pro non dato habeatur quod ab illo datur qui de iure non dare potest. (2). Alius articulus quod, licet fuit institutus in eadem per ordinarium loci vigore dicte false et iniuste presentacionis ad subdolas peticionem et instanciam dicti Willelmi, quod nullam residenciam saltem a iure requisitam fecit nec in presenti facit in eadem, in eius maximum pariter et animarum parochianorum ibidem suis cure et regimini commissarum [2]detrimentum et grave periculum aliorumque dicte diocesis perniciosum exemplum. (3). Tertius articulus quod multi infantuli sine baptismo moriebantur nonnullique adulti et magni absque Sacrificio moriebantur. Quartus articulus quod publica vox et fama super eisdem omnibus et singulis articulis laborant etc. Que omnia et singula in iure proposuit coniunctim et divisim et admitti petiit et ius et iusticiam in ea parte administrari et fieri etc. officium domini etc. imploravit salvo iure etc. Quibus articulis sic ministratis et admissis et apud registrum dicti reverendi patris remanentibus, prefatus episcopus volens cuncta que coram eo essent proposita diligenter rimari et perscrutari ac ius suum cuicunque prout ei a superno concessum est eque ministrare copiam predictorum articulorum eidem Willelmo tunc presenti et ad hoc citato / [3]decrevit et tradidit ac terminum competentem ad eisdem p. 71]
respondendum vel contradicendum prefixit et assignavit viz. XIum diem mensis Februarii proxime futurum in ecclesia parochiali de Sradwally dicte diocesis hora sessionis dicti reverendi patris tunc ibidem, ad quos diem horam et locum monuit et peremptorie citavit dictum Willelmum ut interesset et causam continuavit.

(2) Quo die adveniente Willelmo Omoran iurisperito commissario dicti reverendi patris aliis arduis negotiis impediti specialiter et litteratorie in ea parte deputato pro tribunali in eadem ecclesia de Sradballi inter quasi horas octavam et nonam sedente, actisque et commissione huiusmodi lectis partibusque predictis monitis ut et citatis voce preconis trina vice ut moris est preconizatis, pars dicti Willelmi Dayly asserti vicarii de B. non comparuit per se neque per alium procuratorem aut responsalem, et pars dicti Johannis promotoris antedicti comparens accusavit contumaciam dicti Willelmi asserti

---

[1] *in the margin* articuli. [2] *above* detrimentum *an illegible word.*
[3] *at top of p.* 72 : pars ubique scribitur quod de procuratore intelligitur quod st error

vicarii et imploravit officium commissarii predicti ut procederet in eadem causa adversus dictum assertum vicarium eatenus quatenus de iure deberet. Unde prefatus Willelmus commissarius antedictus pronunciavit eundem assertum vicarium contumacem reservata huiusmodi eius contumacie pena ipsum graciose expectandum decrevit in et ad XXXm diem eiusdem mensis et anni in eadem ecclesia parochiali de Sradbally hora sessionis sue ibidem eodem die, ad quos diem horam et locum continuavit causam et partes predictas peremptorie citavit. (3). Quo die adveniente ac reverendo patre episcopo predicto in eodem loco pro tribunali cum assistencia sui officialis Fergalis C. et Willelmi Moran commissarii antedicti sedente, lectis actis et partibus ut moris est trina vice preconizatis et parte dicti asserti vicarii non comparente per se neque per procuratorem vel alium specialem nuncium sed solito eius usu contumaciter se absentante, dictus Johannes promotor predictus comparuit accusans contumaciam dicti vicarii et humiliter imploravit officium dicti reverendi patris quatenus procederet in eadem causa iuxta iuris exigenciam. Unde prefatus episcopus desiderio diei satisfaciendo pronuntiavit dictum Willelmum assertum vicarium de B. quoad acta huius diei con-
p. 73] tumacem / et in penam contumacie sue huiusmodi testes infrascriptos per dictum Johannem promotorem audivit super preministratis articulis productos et nominatos reservatis protestacionibus eidem vicario in hac parte de iure et de facto competentibus licet ex superabundanti recepit admisit et iuramento tactis per eos et eorum quemlibet sacrosanctis Dei evangeliis corporaliter oneravit de dicendo omnem et plenam quam sciverint et eorum quilibet sciverit veritatem et credulitatem de et super predictis articulis et non aliter, quos quidem testes omnes et singulos sub modo et forma inferius descriptis in iudicio

Testes hic examinati.

examinavimus—viz. Johannes Dowling agricola etatis XL annorum aut citra ibidem natus fuit et moram ab eius infancia trahebat libere condicionis (ut asserit) nec amicus intimus familaris affinis vel consanguineus alicuius partium nec conductus instructus subornatus aut particeps nec curans de victoria sed amore veritatis interrogatus ad primum articulum nihil potest deponere. Ad secundum articulum quoad residenciam dixit quod dictus Willelmus D. assertus vicarius de B. nunquam facit residenciam in eadem sua vicaria ultra duos vel tres dies. Ad tertium articulum dicit quod certos infantulos mori audivit

sine baptissmo et quatuor homines sine sacrificio mori hoc anno viz. N.N. et N., racionem reddit quia sepulthurae eorum cuiuslibet interfuit. Ad quartum articulum dicit predeposita per eum esse vera ac desuper publicam vocem et famam laborasse saltem in villa et parochia ibidem. Donatus etc.

## Acta.

Hiis prehabitis probacionibus dictus Johannes promottor (*sic*) petiit procedi ad amocionem dicti asserti vicarii, attamen dictus reverendus pater matura deliberacione et de consilio predictorum sibi assistencium ex gracia iterum decrevit expectandum in et ad XXVIm. diem eiusdem mensis et anni in ecclesia parochiali de Dyssartynas, causamque in eodem statu et desiderio continuavit et partes ad idem et cetera alia facienda que de iure fieri deberent peremptorie citavit. Quibus die et loco ipso reverendo patre cum suo officiali Fergallo C. pro tribunali iudicialiter sedente trina preconizacione dicti Willelmi vicarii asserti de Be. solito more / facta et eo non p. 74] comparente nec per se neque per aliquem responsalem vel nuncium specialem dictus reverendus pater volens desiderio diei satisfacere de consilio dicti sui officialis ad peticionem prefati promotoris pronunciavit dictum Willelmum assertum vicarium contumacem pena huiusmodi sue contumacie iterum graciose reservata, et auditis etiam ceteris allegacionibus dicti Johannis promotoris petentis procedi ad destitucionem eiusdem Willelmi vicarii antedicti suis contumaciis et demeritis id exigentibus, ([1]nota bene de absentibus[1]) . . . . . cupiens semper vestigiis iuris communis adherere et ne videretur absentes indefensos in aliquo ex arepto ledere defensiones suas de iure in hac parte requisitas ipsi Willelmo licet contumaciter absenti iterum misericorditer reservavit in tertium diem Martii proxime futurum in ecclesia cathedrali Leghlin' hora sessionis sue ibidem, ad quos diem et locum eandem causam prorogavit et ipsum W. peremptorie citando ut compareret ibidem tam ad purgandas suas contumacias per eundem iam contractas quam ad defensiones legitimas sibi in hac parte reservatas si eis uti velit aut valeat iuxta iuris exigenciam proponendas et allegandas sique sibi competunt quare ipsum deprivari pretextu premissorum non debeat. (5). Quibus die et loco dicto reverendo patre cum prefato suo officiali pro tribunali iudicialiter citra horam nonam sedente, actisque coram eo lectis et partibus tribus vicibus preconizatis,

[1]—[1] *in the margin.*

ipsum Willelmum vicarium assertum de B. non comparentem ad peticionem Johannis L. promotoris antedicti accusantis eius contumaciam dictus reverendus pater pronunciavit quoad acta huiusmodi diei atque preteritorum contumacem et in penam huiusmodi sue contumacie ipsum fore citandum ad XIIIm. diem eiusdem mensis in eodem loco personaliter si sic inveniri possit alioquin per affixionem generalis aggridacionis in valvis ecclesie parochialis de B. predicte aliisque viis et modis quibus melius eius noticia ad eundem Willelmum pervenire poterit ad audiendam sentenciam diffinitivam sue privacionis in eadem causa iusta iuris exigenciam ferendam, cum intimacione etc.

Cuius citacionis tenor sequitur et est talis: Daniel permissione etc. /

p. 75] (6). Postremo demum termino adveniente superius inactitato dicto reverendo patre inibi pro tribunali iudicialiter sedente comparuit personaliter Henricus apparitor generalis dicti reverendi patris et exhibuit decretum iudicis exequutum per eundem VI° die Martii et eodem die per eum affixum in valvis ecclesie parochialis de B. et ibidem aliquandiu permissum demum eius vera copia relicta super quo fecit fidem de iure requisitam. Unde lectis actis coram eodem reverendo episcopo pariter et dicta citacione ipsoque Willelmo trina vice preconizato diu et sufficienter expectato et nullo modo comparente iuxta huiusmodi decretum dictus episcopus ad peticionem promotoris predicti accusantis eius contumaciam pronunciavit eum contumacem et in penam contumacie sue huiusmodi decrevit procedendum ad sentencie deprivacionis prolacionem contra prefatum Willelmum racione non residencie et aliorum premissorum pretextu, quam ipse reverendus pater statim de consilio iurisperitorum sibi in ea parte assistencium tulit legit et promulgavit in scriptis, super quo idem promotor me T. D. registrarium predictum unum vel plura publicum vel publica instrumentum conficere requisivit, cuius quidem sentencie tenor sequitur et est talis.

**Sentencia.**

In Dei nomine amen. Nos Daniel permissione divina Leghlin' episcopus in quadam causa beneficiali seu potius deprivacionis mota coram nobis et aliis diu pendente inter Johannem Lealor clericum nostre Leghlin' diocesis partem officium nostrum nobile promoventem parte ex una, et Willelmum Dayly assertum vicarium

de B. dicte nostre diocesis partem contra quam officium nostrum promovetur, de et super vicaria ecclesie parochialis de B. predicte parte ex altera rite et legitime procedentes, quia visis auditis intellectis et plenarie discussis / meritis et circumstantiis huiusmodi p. 76]
causae beneficialis, prius premissis premittendis et observatis de iure necessariis in hac parte observandis, diligenterque cunctis actis inactitatisque articulis propositis pariter et prolatis rimatis et ad plenum auscultatis, comperimus luculenter et invenimus tam per probaciones fidedignorum testium quam per alia documenta iuris et facti dictum Johannem promotorem suam intencionem plene probasse pariter et fundasse, prefatumque Willelmum assertum vicarium predictum in omnibus terminis diebus locis et desideriis suis et defensionibus omnino defecisse, idcirco ad peticionem dicti Johannis promotoris accusantis contumaciam sepedicti Willelmi expectati et non comparentis duximus procedendum ad sentencie diffinitive et privacionis contra Willelmum in eadem causa in hunc qui sequitur modum. Christi igitur nomine pro huius nostri processus fundamento primitus invocato nos prefatus Daniel episcopus ipsum solum Dominum et iusticiam oculis nostrisaproponentes et iurium vestigiis semper inherentes cum consilio iurisperitorum nobis in hac parte assistencium per ea que vidimus et cognovimus decernimus et adiudicamus nullitatem iuris et tituli dicti Willelmi in eadem vicaria de B. et in quantum de facto ipsam detinet eum amovemus ab eadem atque amotum fuisse pronunciamus et declaramus per hanc nostram diffinitivam sentenciam quam in hiis scriptis iusticia mediante ferimus et promulgamus, rogantes igitur patronum eiusdem vicarie quatenus ad eandem vicariam sic de iure vacantem aliquam personam ydoneam presentet que possit et velit eandem regere in spiritualibus et temporalibus ne ius eius ad alium sine noticia devolveretur. Lata et lecta in ecclesia etc. presentibus etc. /

## 21

Processus Sentencie privacionis rectoris eo quod contraxit matrimonium cum quadam muliere, coram Thoma Lewry episcopo Daren', contra statuta patrum. p. 77]

In Dei nomine amen. Anno ab incarnacione Domini 1557 pervenit ad aures reverendi in Christo patris Thome Dei et apostolice sedis

gracia Daren' episcopi per viam precedentis inquisicionis dominum Jacobum White assertum vicarium de Moynam Daren' diocesis nuptum fuisse cuidam mulieri nomine Rosina Malone eiusdem parochie contra statuta patrum antiquorum et iuris etiam disposicionem. Predictus reverendus pater die nocteque intendens vicia extirpare prout ei desuper datum est et seminare virtutes in grege suis cure et regimini commisso quapropter dictum Jacobum White citari fecit sub hac forma [1]cuius citacionis tenor est talis,[1] Thomas Dei etc., et finitur sic, sub signeto quo ad similia testimonio utimur. Quo die XX° die mensis Julii adveniente ac prenominato reverendo patre pro tribunali cum copia iurisperitorum sedente loco assignato desiderio diei satisfacere volente eadem citacione perlecta parteque dicti Jacobi voce preconis preconizata iuxta stillum curie et cursum causarum usitatum, antefatus Jacobus non comparuit per se nec per ullum procuratorem sed contumaciter se absentavit vilipendens auctoritatem[2] ecclesiae et ordinariam iurisdictionem. Tunc antefatus reverendus pater habita provida et matura deliberacione iurisperitorum ipsum Jacobum pronunciavit contumacem et in penam contumacie sue condempnavit et causam continuavit ad IIum diem Augusti recitando eundem Jacobum peremptorie causam peremptorii assignans eminens animarum periculum sub omni pena iuris suspensionis interdicti excommunicacionis et privacionis compariturum in et apud ecclesiam parochialem de Naas ad reddendam racionem quare ad ulteriora adversus eum procedere non valeret. Acta fuerunt hec. (2). Quo inactitato adveniente termino dicto reverendo [patre] pro tribunali ibidem cum nonnullis aliis
p. 78] discretis et literatis viris / ad iudicialia[3] . . . exaudienda verba ad desiderii locum comparentibus cum copia laudabili sedente diei desiderio satisfacere volente, et sepefato Jacobo trina vice preconizato actisque perlectis non comparente sed contumaciter ut in usu habuit se absentante, dictus reverendus pater anima motus causam continuavit in eodem quo erat statu ad quartum diem eiusdem mensis semper ipsum Jacobum peremptorie citando comparitururum in et ad ecclesiam parochialem de Clan. Tunc reverendus [pater] aliis arduis prepeditus negotiis examinacionem illius cause magistris Thome W. et Patricio Hely commisit uti in eorum commissione plenius seminabatur. (3). Illo quoque termino superius inactitato adveniente dictis specialibus commissariis pro tribunali lecta huiusmodi commissione sedentibus loco superius assignato desiderio diei

[1]—[1] *crossed out.* [2] *crossed out over* claves.
[3] *after* iudicialia *three words not understood* (.ictoria artwiaque foetmiosa).

satisfacere volentibus actis perlectis parteque dicti Jacobi trina preconis voce (ut moris est) preconizata nec per se nec per aliquem procuratorem in iudicio respondente comparuit sed solito more se contumaciter absentante, dicti iudices propter certas causas eos moventes IX$^{um}$ diem eiusdem mensis ad concludendum in eadem nisi aliud obstiterit canonicum assignaverunt recitando ipsum peremptorie ad illum diem in et apud ecclesiam cathedralem Sancte Bride Daren'. (4). Quo die adveniente dictis commissariis uti vigore suae habuerunt commissionis loco prefixo pro tribunali sedentibus actis tunc perlectis parteque dicti Jacobi asserti vicarii de M. (ut moris est) preconizata et non comparente per se vel per alium sed animo indurato in suis contumaciter rebellione et contumacia se absentante, illi iudices sepefatam causam certis de causis animos eorum moventibus deferebant ad diem Naasie visitacionem proximum immediate sequentem in eandem ecclesiam parochialem de Clan ad sentenciam diffinitivam nisi aliud canonicum interim obstiterit ferendam, ad quos diem et locum ipsum peremptorie citaverunt. / (5). Spacio iam inactitato adveniente p. 79] ac sepedicto reverendo patre cum congregacione cleri totius decanatus de Clan die et loco supradictis (ut moris est) dicto reverendo [patre] coram prefatis agente que moris et laudabilis consuetudinis essent agenda, ille Jacobus personaliter inter ceteros maius ob usum quam ex obediencia illo die comparuit, quod ex coniecturis preteritorum hoc estimari potest, qui duxit quendam nobilem et generosum virum L. diocesis Midensis tanquam intercessorem ad exhortandum ordinarium predictum quatenus pretermitteret causam in futurum non examinatam per se neque per alium, quod penitus ipse reverendus negavit dicens quod haberet iusticie administracionem ut iura dictant eodem instanti, attamen ob graciam illius nobilis et exortacionem aliorum continuavit causam desiderio eodem in crastinum Purificacionis Beate Marie Virginis in vel apud ecclesiam cathedralem Dive Brigide Darensis, monendo ipsum personaliter in iudicio peremptorie ad eundem diem et locum compariturum ulteriora visurum. Sed interim dicto ordinario in cursu sue visitacionis agente pro evidentioribus habendis probacionibus de prefato connubio dictorum Jacobi et sue suspecte quosdam citari fecit quos estimavit peculiariores de connubio tali esse testes, qui comparuerunt coram eodem ordinario in ecclesia de Clan XII° die Novembris, quorum primus est dominus P. Fyan parochus ecclesie parochialis de W. Dublin' diocesis, iuratus in iudicio et more debito coram eodem reverendo et nonnullis aliis iurisperitis curie assidentibus examinatus demum interrogatus quod

habuit dici de tali connubio, qui confessus est quod ipse idem celebravit illud connubium de nocte in ecclesia parochiali de M. inter eosdem Jacobum W. et suam suspectam. Secundus testis est Cornelius N. modo eodem iuratus confessus est se fuisse presentem illo tempore
p. 80] in illa sacra ede quum tale connubium erat celebratum / causam sciencie reddens quia ad perhibendum in futuro de tali connubio testimonium requisitus erat. Testes[1] illa mulier cum qua contractum est coram ordinario ducta ad gradum altaris effusis lachrimis iurata, examinata et interrogata protestacione ab ordinario facta fatebatur connubium et ei iniuncta penitencia, hiis prehabitis prebacionbus dictus reverendus pater ipsum Jacobum ad sentenciam diffinitivam sue privacionis audiendam in diem XIII$^{um}$ Novembris personaliter si sic etc. alioquin per afficcionem dicreti in valvis etc. aliisque viis et modis etc. cum intimacione etc decrevit citari. Cuius citacionis tenor sequitur talis, Thomas Dei etc. (6). Ultimo vero die superius inactitato adveniente prefato reverendo patre Thoma episcopo cum diversis aliis iuris habentibus pro tribunali loco superius assignato sedente actisque perlectis atque citacione predicta per apparitorem N. exhibita super cuius execucione fecit fidem in hac parte requisitam, unde dicto Jacobo trina vice preconizato nec respondente per se aut per alium sed se contumaciter absentante, dictus reverendus pater habita diligenti deliberacione cum consilio iurisperitorum sibi protunc assidencium dictum dominum Jacobum W. solo verbo deprivavit ac privatum ipso iure fuisse et esse palam omnibus denunciavit rogans patronum etc. loco et die supradictis.

## 22

### (a)

Allegacio super renuntiacione oneris executorii et administratorii ne renuncians in ius vocetur.[2]

Quibus die et loco comparuit personaliter Elizabetha S. relicta ut asseruit Patricii N. defuncti dum vixit parochie K. iuxta Turrem London' exempte iurisdiccionis Hospitalis Sancte Katherine predict' et allegavit quod dictus Patricius ab intestato decessit, ac omni oneri

[1] non vero *interlined.*
[2] vocatur *MS.*

administracionis bonorum iurium et creditorum eiusdem defuncti expresse renuntiavit et in se acceptare penitus recusavit. Quam quidem renuntiacionem petiit admitti seque ab eadem administracione dimitti et exonerari. Quam dominus ad eius / peticionem admisit. p. 81]
Quibus sic peractis dicta Elizabeth exhibuit quoddam inventarium confectum de bonis iuribus et creditoribus omnibus et singulis que fuerunt ipsius defuncti vite et mortis suarum tempore extend' ad summam XX. s. X. d. et allegavit quod eadem bona fuerunt omnia et singula que in manibus Elizabeth tempore mortis dicti Patricii et citra ea extiterunt et in presenti existunt et nulla alia neque plura. Super quibus obtulit se promptam et paratam ad faciendem fidem et mox in plenam satisfaccionem omnium et singulorum bonorum in eodem inventario contentorum per vicinos suos appreciatorum deposuit et reliquit apud acta et registrum dictam summam XX. s. X. d. in pecuniis numeratam, et facta fide per dictam Elizabeth super veritate huiusmodi inventarii dominus accpetavit idem inventarium, eandem Elizabeth ab onere administracionis bonorum huiusmodi dimisit, et decrevit sibi litteras testimoniales etc., et decrevit omnes et singulos quibus dictus defunctus pretextu alicuius pecuniarum summe aut alicuius alterius contractus erat tempore mortis sue obnoxius fore per litteras ordinarii locis publicis monendos quandam porcionem iuxta quantitatem et valorem dicti inventarii recepturos prout per probaciones legitimas appareat veritati cum intimacione etc.

(b)

Allegacio. Actus cum decretum est scribere Regie maiestati pro excommunicati corporis capcione.

Comparuit personaliter Josas E. et allegavit David Lynch in excommunicacionis sentenciam alias contra eum latam per XL dies et ultra contumaciter stetisse et stare sic claves sancte matris ecclesie nequiter contempnentem. Unde facta fide etc. petiit iuxta statuta et consuetudines Regni Anglie et Hibernie ad serenissimam maiestatem domine nostre regine scribi pro eius corporis capcione iuxta constitucionem regni, ad cuius peticionem dominus decrevit petita fieri.

(c)

Actus ubi constituuntur promotores officii et assumuntur clerici ad acta expedienda in absencia registrarii, super decreto scribendo archidiacono ad inducendum clericum in penam contumacie.

Quarto die Novembris 1570 inter horas etc. loco consueto episcopali Leghlin' magister Fergallus C. officialis principalis etc. iudicialiter et pro tribunali sedens assumpsit nos T. D. et J. M. clericos in absentia
p. 82] Thadei Duling registrarii etc. in actorum scribas et / registrarios quoad acta istis die et loco in hac parte expedienda, et assignavit magistros Walterum Browne et Willelmum D. iurisperitos coniunctim et divisim promotores necessarios officii. Et tunc magister Walterus B. assumpsit in se onus officii promotoris huiusmodi, ac officio domini necessario promovendo exhibuit mandatum originale unacum certificatorio in dorso eiusdem, et accusavit contumaciam dicti Willelmi N. ad hos dies horam et locum citati iuxta tenorem mandati et certificatorii predicti, et petiit eum pronunciari contumacem etc., ad cuius peticionem facta trina preconizacione dicti Willelmi sepius preconizati diutiusque et sufficienter expectati et non comparentis dominus pronunciavit eundem contumacem et in penam contumacie sue huiusmodi decrevit scribendum fore domino archidiacono Leghlin' seu eius officiali pro inductione eiusdem Thome W. in dicto mandato specificati iuxta tenorem et mandatum eiusdem mandati.

(d)

Actus ubi actore non comparente reus petit se dimitti unacum expensis et actorem ulterius non audiri.

Quo die facta trina preconizacione dicti actoris non comparentis reus petiit eum pronunciari contumacem et in penam contumacie huiusmodi se ab instancia iudicii ulterius dimitti, ipsumque actorem in expensis factis condempnari et ulterius non audiri, ad cuius peticionem dominus in penam contumacie decrevit ipsum reum ab instancia judiciaria dimissum eundemque actorem amplius non audiri nisi refusis expensis.

(e)

Actus cum sequestrantur fructus ecclesie vacantis in adventum futuri incumbentis.

Officium domini.

Quo die dominus sequestravit decimas et fructus vicarie perpetue ecclesie parochialis de N. Leghlin' diocesis iam vacantis et constituit Johannem B. et C. D. sequestros et custodes huiusmodi sequestri in adventum futuri incumbentis sub cautione etc.

[1]Obligatoria quod restituerint omnia per eos recipienda super compoto allocatis allocandis cum desuper fuerint requisiti.[1] /

(f)

Actus ubi decretum est pars condempnata fore citanda ad dicendam causam quare sentencia non debet execucioni demandari et expensas taxari. p. 83]

Quo die Donyll allegavit XV dies elapsos a tempore late sentencie nec ab eadem appellatum fuisse, quare petiit dictum Walterum C. citandum in proximo ad dicendam causam quare eadem sentencia non debeat execucioni demandari et ad videndum expensas taxandas. Cui petenti dominus decrevit.

[2]Allegatio pro sentencie executione et expensarum taxacione.[2]

Actus decreto exhibito super taxacione expensarum et execucione sentencie partibus comparentibus.

Quo die exhibito decreto executo per Moris apparitorem et partibus in iudicio comparentibus ad peticionem dicti D. pro se et nomine ceterorum liberorum comparentis et citra revocacionem sui procuratoris predicti allegantis dictam sentenciam execucioni demandari debere et petentis expensas in scedula oblatas taxari, dominus quia non constat de appellatione facta decrevit sentenciam huiusmodi execucioni fore demandandam et taxavit expensas ad summam XX. s., in presencia dicti Walteri dissentientis et offerentis quandam materiam in scriptis quam dominus admisit quatenus de iure etc., dicto Nicholao dissentiente et allegante materiam huiusmodi esse nullam et de iure non admittendam.

(g)

[3]Allegatio quod terminus est elapsus et pars debet citari ad videndum se excommunicandam eo quod non dedit expensas taxatas.[3]

Actus ubi decernitur pars condempnata citanda ad dicendam causam quare non debet excommunicari eo quod non solvit expensas termino assignato.

[1]—[1] *in a different hand.*
[2]—[2] *in a different hand.* [3]—[3] *interlined.*

Quo die dicta M. allegavit terminum ad solucionem expensarum per iudicem assignatum fuisse lapsum nec dictam A. monicioni iudicis paruisse, quare petiit eam citandam ad dicendam causam quare non debeat excommunicari quia non paruit decreto. Cui peticioni dominus decrevit in proximo.

[1] Tempore solucionis Josue Crowther (?).[1] /

(h)

p. 84] Allegacio rectoris non audentis residere in ecclesia sua propter metum corporis.

Quibus die et loco comparuit Dionysius Byrne vicarius ecclesie parochialis de S. Leghlin' diocesis et allegans protestabatur et tactis per eum tunc ibidem sacrosanctis Dei evangeliis ad ea iuravit quod propter inimicorum suorum capitalium insidias contra ipsum D. ut asseruit multotocies oppositas metumque . . . et cruciatum ac incarceracionem corporis membrorumque suorum mutilacionem per diversos suos inimicos capitales ymaginat' et comminat' non audebat nec audet cure dicte sue ecclesie de S. et regimini eiusdem in persona sua intendere et personaliter deservire in dictis aut personaliter ibidem residere, et protestabatur atque virtute sui iuramenti promisit quod cessantibus et remotis huiusmodi impedimentis occasione ipsius metus volebat atque intendebat ut vult et intendit ut asseruit in dicta ecclesia sua personaliter residere et cure eiusdem debite iuxta posse deservire et scire sua in hac parte, quam allegacionem posuit coniunctim et divisim ac petiit admitti ipsumque ab eadem vicaria durantibus predictis impedimentis licenciatum dimittere necnon fructus eiusdem vicarie etc.

---

23

Processus in causa privacionis contra non residentes in suis beneficiis per B. C. officialem Midensem propter certos excessus et articulos ex registro episcopi ibidem iuratos factus.

In Dei nomine amen. Universis et singulis quorum interest innotescimus per presentes quod nos Bernardus C. officialis principalis Curie

---

[1]—[1] *in a different hand.*

Midensis, per reverendum in Christo patrem Hugonem divina permissione Midensem episcopum legitime ad omnia que iurisdictionem ordinariam et forum ecclesiasticum pertinent cum plenitudine potestatis agenda et exercenda etc. rite et legitime deputatus, Mandatum speciale dicti reverendi patris inter alia specialiter ad infrascripta accipientes, quatinus diligenti / indagacione inquisicione perscrutacione et investigacione facta ad privacionem deposicionem expulsionem et degradacionem et devolucionem beneficiorum quorundam beneficiatorum aliarumque personarum ecclesiasticarum excessus correccionem morum reformacionem et delictorum penitenciam salutarem poscentium et ordinum execucionem nec beneficiorum redditucionem impedientem deradicionem et extirpacionem et penitenciarum iniunctionem de quibus in registris nostris apparet propter suas manifestas contumacias inhabilitatem non residenciam irregularitatem simoniam bonorumque ecclesiasticorum dilapidacionem et devastacionem eorumque ecclesiarum et mansorum ruinam rasuram et labem animarumque parochianorum sibi ibidem in Domino commissarum neglеccionem et inofficiacionem ac cetera delicta et crimina exinde pendencia eaque concernencia incidencia et emergencia que digni[1] privacionis habeantur et inveniantur procederemus. Accepto erga prefato mandato die mensis Junii XV inspectisque ac perscrutatis tam nostris registris quam dicti reverendi patris articulos quosdam ob predictas causas reperimus in cursu visitacionis notatos et dictatos. Quorum primus est : Thomas B. vicarius de Ratheny quia neglecta animarum cura sine aliqua dispensacione vel principis venia comoratur Dublin', ecclesiaque sua parochialis ruinosa, recipiens fructus temporales negligit verbum Dei et alia spiritualia seminare. Torlig P. rector de Michaeltown qui est vicarius de D. pluralitate (?) beneficiorum non admissus cum dispensacione aut principis libertati datus quo magis hiis duobus beneficiis incompatibilibus simul gaudere valeat. Tertius Jo. A.[2] vicarius de N. et N. qui nullam personalem residenciam in aliqua predictarum ecclesiarum habet vel hactenus unquam habuit, quique nullum bone vite[3] predicacionis hospitalitatis vel aliud id pietatis genus exemplum suis tradidit popularibus, qui predictam ecclesiam de etc. cum suis edificiis in ruinam et devastacionem nequiter cecidisse permisit, qui denique curam animarum et administracionem ecclesie de L. neglexit committens eam presbitero de Kill regendam, que circiter quinque milia passuum distat a L. predicta, et sic ad Angliam /

p. 85] (margin, at "perscruta-") · p. 86] (margin, at "Angliam /")

[1] *recte* digna.
[2] John Alen, Vicar of Kill and Laracor.
[3] *in the margin* nota.

porrexit nullam discedendi veniam seu licenciam a superioribus querens et sic ambas ecclesias reliquit viduas, lac et carnem ex ovibus colligens et temporalia emolumenta solummodo curans salutem vero animarum pro quibus Christus mortuus est penitus neglexit mentisque (?) voluptatibus adherens Christi sponsam atrocibus lupis

Citacio.[1]

reliquit. Quos omnes et singulos ac alios similibus coinquinatos viciis citari iussimus per N. preconem nostrum in et ad ecclesiam parochialem de N. in X^um^ diem Julii proxime futurum causam nostre citacionis iuxta iuris [exigentiam] in scriptis asserentes ut supra. Spacio iam inactitato adveniente exhibita citacione et fide desuper facta per N. nostrum apparitorem nos pro tribunali sedentes dictos vicarios et rectores trina vice preconizari fecimus publice, quorum nullus per se aut suum procuratorem sive responsalem idoneum venit. Verum ne in re tam ardua ex arrepto .i. temere et precipitanter aliquid facere (?) videamur presertim contra absentes indefensos, quamvis circa curam animarum accelerati et diligentes esse a Domino iubemur, ipsos et eorum quemlibet (dato prius pro eorum contumacia decreto) duximus adhuc graciose expectandos, recitantes eos peremptorie ad et in XXIII^um^ diem instantis mensis Julii suas contumacias compurgaturos et siquas habeant racionabiles causas quare nos contra eos attrocius .i. crudelius severius gravius durius rigorius efficacius acutius restrictius procedere non valeamus et debeamus et possimus ostensuros, ceteraque que de iure fieri debeant tunc ibidem facturos. Prefixo termino adveniente nobisque more solito inibi sedentibus predictos rectores et vicarios omnes et singulos publica preconis voce preconizari fecimus nominatim, ipsi vero pristine contumacie dediti non responderunt nec eorum aliquis respondebat preter Thomam B. vicarium de,[2] qui comparens dixit se habere dispensacionem de non residencia facienda, quam dispensacionem non ostendebat postquam fuit ad hoc in citacionibus admonitus, et quia eam non habuit premanibus quesivit terminum tam ad eandem exhibendam quam ad aliis sibi obiectis respondendum, cui petenti nos assignavimus VI. diem Augusti in ecclesia parochiali etc. et monuimus eum ad interessendum cuilibet
p. 87] actui usque ad finem negocii inclusive. / Quare ipsos sic citatos preconizatos diuque expectatos nullo modo comparentes pronunciavimus contumaces, sed volentes adhuc cum illis absentibus et contumacibus

---

[1] *in the margin.*
[2] *place-name not entered.*

pie et misericorditer agere decrevimus eos ex gracia expectandos, recitantes ipsos peremptorie et sub penis in hac parte incumbentibus coram nobis die et loco prefixis hora sessionis nostre circa horam antemeridianam comparituros et siquas habeant racionabiles causas quare nos contra eos procedere ad ulteriora iuxta iuris disposicionem, viz. ipsos suis beneficiis privare ob causas predictas et alias ex registro nostro antehac notatas non debeamus, causas continuantes ad eosdem diem et locum sub prefato desiderio. Inactitato adveniente die nobis ibidem pro tribunali sedentibus, ipsisque rectoribus et vicariis preconizatis expectatis et nullo modo comparentibus preter N. procuratorem Thome B. vicarii de N., qui obtulit se probaturum predictum dominum suum non teneri ad residendum quia sic principis beneficio erat libertati datus ad certos annos adhuc non finitos nec expiratos, diem igitur [petiit] ad ostendendum hoc per patentes ut aiunt litteras, cui nos diem infrascriptum prefiximus. Ipsos contumaces quoad acta huius diei pronunciavimus decernentes eos adhuc ex gracia expectandos et maxime[1] ad convincendam eorum maliciam et considerantes etiam quod tempus Augusti et Septembris propter vendimias et frumentorum occupationes existeret feriatum, ne ergo quod absit processus noster posthabitus alicubi dispendium paciatur causas istas continuavimus in primam diem visitacionis nostre ordinarie inchoande apud Slane XIIIIto die Octobris proxime futuro inde in Dowleke postea apud Rathot dehinc et sequente die iuridico apud Tryme iuxta consuetudinem diocesis Medensis, ad quos dies et locos respective citavimus / ipsos et eorum quemlibet peremptorie ad effectus predictos quibus locis tempore interpellente de absencia . . . racionem reddere debent. [p. 88]

[2]XIIII. Octobris[2]. Quo visitacionis die adveniente nos in debito eiusdem cursu iuxta iuris exigenciam actualiter procedentes prefatos rectores et vicarios diebus stacionibus et locis pretaxatis quibus illi visitacionem huiusmodi . . . et respective subire debuerunt et tenetur nominatim preconizatos [3]ubi interpellatur[3] dies et a loco in locum ut prefatur ex gracia expectatos et non comparentes preter procuratorem Thome, decrevimus apud Tryme fore citandos peremptorie et personaliter si sic inveniri possint alioquin in competentem diem per nos statuendum per affixionem citacionis in portis seu valvis ecclesiarum suarum predictarum aliisque viis et modis quibus melius huiusmodi citacionis noticia ad eos pervenire poterit ad personaliter

---

[1] *in the margin :* maliciam vinc.
[2]—[2] *in the margin.* [3]—[3] *interlined.*

residendum in ecclesiis suis parochialibus iuxta iuris exigenciam et exhibendas litteras ordinum collacionum institucionum ac dispensacionum si plura beneficia incompatibilia habeant cum intimacione etc. . . . Hec citacio iuxta exigenciam etc. ex tue et ultimo capitulo, de cler. non resident. (3.4.11, 16).

[1]XXIII Novembris.[1] Quo die nos pro tribunali iudicialiter sedentes exhibita coram nobis dicta citacione super cuius execucione N. apparitor noster fecit fidem etc. fecimus ipsos beneficiatos preconizari, quorum nullus aliquo modo comparuit sed solita contumacia iudurati se absentaverunt vilipendens (*sic*) claves ecclesie (*sic*) matris ecclesie et iurisdictionem nostram ordinariam, procuratore Thome B. excepto, qui protulit in medium litteras patentes domine Regine de non residendo, quibus etiam probavit dictum Thomam liberum esse a residencia personali per V annos proxime sequentes studii causa, que registrate sunt, et sic absolutus ac dimissus est ab instancia iudiciaria. Deinde nos prefatos absentes qui iuxta decretum citacionis non comparuerunt reputavimus contumaces reservata pena con-
p. 89] tumaciarum suarum in penultimum eiusdem mensis ad quem / diem in ecclesia N. ipsos ex gracia iterum decrevimus expectandos recitantes eos peremptorie ad effectus supradictos in citacione expressos.

[1]Penultimo Novembris.[1] Quo die nobis pro tribunali (ut moris est) sedentibus trina preconizacione predictorum assertorum rectorum et vicariorum palam et publice voce preconis facta monitorum diuque et sufficienter expectatorum et nullo modo comparentium, nos reputantes eos contumaces pena ut premittitur reservata decrevimus iterum ex gracia expectandos in et ad XII Decembris proxime futurum in ecclesia de N. ad quos diem et locum citavimus ipsos peremptorie causas continuantes ad idem desiderium etiam citandos [ad] audiendam sentenciam si aliud canonicum non obstabit. Quo die nos pro tribunali in loco prefixo sedentes facta preconizacione predictorum vicariorum et rectorum monitorum et sufficienter expectatorum nec per se vel procuratorem aut alium nuntium comparentium sed contumaciter se absentantium decrevimus ipsos contumaces et in penam contumaciarum suarum decrevimus procedendum ad sentencie privacionis lecturam contra eosdem racione non residencie et aliorum supradictorum delictorum, quam legimus tulimus et in scriptis promulgavimus sub modo et forma sequenti, In Dei nomine amen, Nos Bernardus etc., scriptam.

[1]—[1] *in the margin*.

24

. . . ell . . . solempnis requiritur in ordinariis plenariis super necessariis q. continuant (?) que de iure requiritur et potest aliquid ex partium consentione admitti sed est . . . que . . . peticio neque omitti potest que non contra solempnitatem a iure requisitam sed nudam intentionem petentis dumtaxat est de iure naturali seu gentium nimirum s. omitti non possit quia sentencia debet ex ea . . . ut in lanfranc. super rept. cle. septimo verbo libellus nn. 3 fo. 107 et hec peticio potest oretenus fieri.

[*The above is written across the left-hand margin of p.* 89].

Libellus in causa repudii a thoro et cohabitacione et simultanea racione adulterii ex parte viri commissi. Nota quod iste libellus debet continere nomen crimen et locum annum et mensem.

In Dei nomine amen. Coram vobis venerabili viro magistro T. D. curie metropolitice Dublin' officiali primario eiusdemque curie causarum seu controversiarum discussore atque iudice meritissimo (?), vestrove in predictis causis spiritualibus substituto delegato commissario aut alio vestrum locum legitime tenente quocunque, pars honeste ac generose mulieris Graunie N. contra et adversus Willelmum N. eius assertum maritum vestre Dublin' diocesis et iurisdiccionis in medium proponere et probare intendit, quod tametsi cum eo publice in facie ecclesie fedus matrimonii solempniter contraxit, ipse tamen Willelmus contra divini pariter atque humani / iuris sanctiones eiusdem p. 90]
Graunie sue uxoris thorum dampnabiliter violans adulterium cum quadam Maria ny Kella de N. non sine anime sue magno preiudicio ac aliorum Christi fidelium perniciosissimo exemplo commitendo. Quare facta fide de premissis pars antedicte Graunie petit ius et iusticiam eamque saltem quantum ad thorum et mensam aliaque matrimonialia obsequia vestra diffinitiva sentencia divorciari et seiungi[1] sicque divorciatam et separatam fore decerni et pronunciari etc. iuris beneficio in omnibus aliis semper salvo. Vestrum officium etc.

---

[1] *Interlined in different ink :* iura . . . debita et executio actus coniugalis . . gaudemus (?) de divortiis . . .

25

Libellus divorcii in causa impotencie viri.

Vide ad hoc librum . . . folio 317 in margine similiter pro causa privata.

[*in margin* sequitur alius bonus fo. 73.]

In Dei nomine amen. Coram vobis etc. pars honeste mulieris Jenete N. contra et adversus Robertum N. parochie Sancti Barnabe prope Dub. eius assertum et de facto ymaginatum maritum in iure libellando proponit, quod quamvis de facto inter se contraxissent matrimonium et in facie ecclesie illud publice solempsassent, nihilominus tamen ipsa Jeneta cum eo cohabitare aut eum uxorali affectione seu officio maritali amplius tractare de iure non tenetur nec debeat, pro et ex eo quod dictus Robertus adeo impotens et inhabilis repertus est quod ipsam Jenetam se ad copulam aptam offerentem et aspirantem carnaliter cognoscere non potuit nec debitum coniugale quovis pacto persolvere pretextu allegate impotentie coeundi ipsius Roberti et inhabilitatis. Unde predicta Jeneta que se chastitatis dono carere sentiens maritam fieri et filios ad multiplicacionem generis humani vult[1] procreare petit pars ista facta prius fide in hac parte de iure requisita ius et iusticiam etc. matrimonium huiusmodi sic (ut premittitur) inter eosdem de facto contractum et solempnisatum iudiciali et competente auctoritate ecclesie propter impedimentum impotencie coeundi predictum irritari cassari et annullari cassatumque irritatum et annullatum fuisse et esse decerni et declarari, ipsamque Jenetam ab omni nexu federe et obligacione seu vinculo eiusdem matrimonii sic ut premittitur de facto contracti dissolvi divortiari et separari, licentiamque eidem Jenete ad alia vota transeundi seu alteri nubendi in Domino concedi per vos vestramque diffinitivam sentenciam seu finale decretum, domine judex antedicte. Que omnia et singula coniunctim et divisim petit pars ista proponens fieri et ministrari cum effectu ulteriusque etc., non artans se ad onus superflue probacionis de quo protestatur sed quatenus probaverit in primis eatenus obtineat in petitis, iuris beneficio in omnibus sibi etc.

*There is a passage of 5 or 6 lines, difficult to decipher fully, written across the margin of p. 90, relating to a similar plea of one Katerina against her husband William.*

---

[1] cupit *interlined.*

26

Actus super absolucione beneficiati suspensi iuramento prius prestito per eum de parendo iuri et peragendo penitenciam. p. 91]

Die Lune XI° scilicet die Augusti anno domini 1570[1] in domo registri reverendi patris etc. infra manerium suum de H. scituata coram magistro Ricardo N. legum doctore dicti reverendi patris cancellario et commissario in hac parte etc. iudicialiter sedente comparuit personaliter frater Robertus N. canonicus regularis vicarius de N. alias per dictum reverendum patrem propter suam contumaciam in non comparendo certis die et loco sibi prefixis suspensus, prestitoque prius per ipsum iuramento de parendo iuri et dicti reverendi patris iurisdiccioni de cetero necnon de peragendo penitenciam sibi in ea parte iniungenda obtinuit beneficium absolucionis ab eodem commissario etc.

Actus particula super articulis ministratis.

Consequenter vero tunc ibidem dictus commissarius iudicialiter ut prefertur sedens certos articulos in scriptis redactos eidem fratri Roberto vicario antedicto et causam ipsam obiecit et articulavit ut sequitur.

Articuli ebrietatem et iuramentum de ea ulterius vitanda concernentibus (*sic*) cum quibusdam responsionibus.

In primus tibi et contra te obiicimus et articulamus quod tu es reverendi in Christo patris Thome Dei gracia L. episcopi et eius iurisdiccionis subditus. Fatetur articulum.

Item tibi et contra te obiicimus et articulamus quod tu in admissione tua ad dictam vicariam tuam de B. de et super ebrietate continua dicto reverendo patri et eius officiali multipliciter notatus pariter et detectus fuisti, et te ut ab huiusmodi ebrietate abstineres iuramentum ad sancta Dei evangelia per te corporaliter tacta adtunc ibidem scienter et voluntarie te astrinxisti. Fatetur articulum.

Item tibi et contra te obiicimus et articulamus quod citra tuam admissionem huiusmodi tuam pluries in diversis vicibus ad ipsam ebrietatem residivasti et crimen ebrietatis huiusmodi notorie incurristi prout in dies incurris in sacri ordinis presbiteralis[2] et tue vocationis[2] sacre vituperium et scandalum manifestum. Respondens ad istum

[1] *The date* 1570 *is impossible, since Thomas O'Fihely died in* 1567. *The true date is* 1561.

[2] presbiteralis *and* vocationis *are written in a later hand over* sacerdotii (*crossed out*) *and* religionis (*dotted*), *respectively*.

articulum dicit [1]se quod in isto proponit[1] et promittit se velle emendare corrigere et reformare. /

Item tibi et contra te obiicimus et articulamus quod tu postquam sic indies effectus fueris ebrius tanquam ex consuetudine ad lites rixas et discordias te nequiter disposuisti et disponis in presenti. Respondens dicit se nulli nocuisse. /

p. 92] Item tibi et contra te obiicimus et articulamus quod tu citra admissionem tuam predictam ebrietate diutius lites rixas discordias et improperia nonnulla inter priorem et conventum prioratus de N. proprietarios ecclesie parochialis de N. predicte patronos tuos et parochianos tuos utriusque sexus properia [*sic*] movisti suscitasti atque fecisti. Negat articulum.

Item tibi et contra te obiicimus et articulamus quod domus et edificia vicarie tue predicte tuis defectu culpa et negligencia sunt satis ruinosa et eorum quedam propter defectum debitarum reparacionum sunt quasi ad terram collapsa. Dicit quod culpa ultimi incumbentis hoc existit quia irreparata et ruinosa domos et edificia dicte vicarie in suo recessu [notarie (?) *interlined*] dimisit.

Actus particula

Quibus articulis sic per dictum iudicem prefato fratri Roberto et contra ipsum iudicialiter obiectis et ministratis idem iudex monuit peremptorie eundem Robertum presbiterum tunc ibidem presentem vicarium antedictum ad comparendum coram reverendo patre episcopo L. vel suo in hac parte commissario ubicunque fuerit infra suam diocesim citra festum Sancti Michaelis proxime futurum, capacitatem seu dispensacionem sufficientem siquam habeat pro se exhibiturum quo iure sive qua auctoritate occupat vicariam suam de B. ac curam parochianorum ibidem exerceret etc. sub pena iuris etc.

Actus quo detectus iurat se non tenere de cetero conversacionem cum mulieribus non coactus.

Die Martis etc. personaliter comparens R. rector ecclesie etc. et tandem post certa interrogatoria et diversa prefato R. vicario lapsum carnis cum diversis mulieribus concernentia per dictum iudicem iudicialiter obiecta et ministrata dictus vicarius scienter non coactus nec compulsus voluntarie tactis et deosculatis per ipsum corporaliter sacrosanctis Dei evangeliis ad ea iuravit quod de cetero continue

[1]—[1] *some word or words appear to have dropped out here.*

evitabit consorcium et familiaritatem quaruncunque mulierum suspecti regiminis nec scienter cum eis aut earum aliqua moram trahet. Quo quidem iuramento sic per eundem vicarium ut prefatur emisso prefatus iudex monuit peremptorie ipsum vicarium quod de cetero continue continenter vivat sub pena sue privacionis et amocionis a dicta sua vicaria, quam quidem monicionem peremptoriam prefatus vicarius voluntarie in se assumpsit et acceptavit et eidem parere promisit, presentibus tunc ibidem etc. testibus etc.

---

## 27

Actus super peticione ad examinandos testes tempore vendemiarum p. 93]
ad perpetuam rei memoriam contra clericum beneficiatum matrimonialiter conjugatum divina officia celebrantem.

In ecclesia parochiali Sancti Nicholai iuxta Dublin ultimo die Augusti 1555 coram Roberto W. archidiacono Dublin' officiali curie metropolitice Dub. in presentia N. etc. sede metropolitica vacante.

Quibus die et loco comparuit personaliter in iudicio Jacobus Archebold parochie de Delgey[1] generosus quosdam habens testes sibi (ut asseruit) et suis comparochianis de Delgney necessarios de quorum morte vel diutina absentia verisimiliter timuit ne probacionis copia periret et chaos falsitatis veritatis lucem obnub[il]aret ad perpetuam rei memoriam super quodam articulo per eum iudicialiter ministrato ex debito eius officio diligenter cum instancia examinari eos petiit. Cuius quidem articuli tenor sequitur et est talis, viz., quod Richardus Johnston pretensus rector de Delgny Dublin' diocesis matrimonium cum quadam Margareta Suton in facie ecclesie solempniter de facto contraxit et in eodem sicut vir et uxor per dies et annos adinvicem publice cohabitaverunt, necnon missas et alia divina officia atque sacramenta et sacramentalia sine aliquibus absolucione et dispensacione per eum in hac parte obtentis immemor sue salutis adhuc celebrare et ministrare non erubescit in magnam denigracionem honestatis clericorum in sacris ordinibus constitutorum dampnumque non modicum gregis sibi immediate commissi et aliorum Christifidelium perniciosissimum exemplum. Dictus vero officialis considerans

[1] *recte* Delgney.

peticionem dicti Jacobi fore iustam et iuri consonam dictos testes ad hoc legitime citatos in hunc qui sequiter modum admisit recepit iurare fecit et examinavit et registrari fecit, viz., Johannes Garvey capellanus etatis XL annorum et libere condicionis ut asseritur productus iuratus et diligenter in forma iuris examinatus et interrogatus dicit et in animam suam deponit quod continet articulus in se veritatem, racionem reddens quia paulo post publicacionem statuti regalis super facultate matrimonia presbyterorum contrahendi etc. /

---

28

p. 94] Actus super exhibicione examinacionis testium et responsi personalis rei coram commissariis regiis habitus in partem probacionis termini probatorii.

Quibus die et loco comparuit Thomas Moor procurator dicte Constantie Byrn et in partem probacionis exhibuit quandam confessionem sive quoddam responsum dicti Henrici ad quosdam articulos eidem per commissariis Regie maiestatis in causis ecclesiasticis in Hibernia ministratos unacum eisdem articulis, et etiam unacum deposicionibus cuiusdam Roberti Metherd et Effane Metherd super eisdem articulis que omnia exhibuit in originalibus suis formis, quas petiit exemplificari et tantam fidem copiis dari quantam originalibus dictumque Henricum in vim sui iuramenti desuper examinari et originalia retradi, ad cuius peticionem dominus decrevit in presencia dicti Henrici dissentientis et negantis quovismodo respondere quod idem remanebit in carcere quia causa dependit coram commissariis preditis, unde More accusavit eius contumaciam et in penam contumacie csue petiit terminum ad audiendam sentenciam in prox', ad cuius peticonem dominus decrevit in presencia dicti Elandi dissentientis et moiniti ad interessendum omnibus sessionibus generalibus usque in finem litis inclusive.

Actus ubi prorogatur iurisdiccio ad alium locum ad producendas probaciones coram reo in carcere detento.

Quo die dominus ad peticionem Moor continuavit causam in statu quo est usque in diem Mercurii proximum et prorogavit iurisdiccionem suam quoad locum ad cubilium dicti Eylandi in castro domine Regine de Dublin decernens probaciones ibidem producendas coram eodem Eylando.

## 29

Actus ubi preiudicantur absentes contumaces reservata pena et comparentibus ministrantur articuli in visitacione episcopi. /

Negotium visitacionis archiepiscopi in ecclesia cathedrali Sancti P. Dublin'. p. 95]

Die Martis XV Aprilis 1572 in domo capitulari infra ecclesiam cathedralem etc. coram Adamo etc. inter horas IX et X antemeridianas in presencia mei W. F. notarii publici.

Quibus die et loco omnibus non comparentibus ut in altera pagina preconizatis et nullo modo legitimo comparentibus dominus de consensu decani et aliorum de capitulo presencium pronunciavit eos contumaces reservata pena in proximam sessionem viz. diem Veneris existent' XX Maii exinde immediate sequentis. Deinde dominus archiepiscopus ministravit decano et per eum ac in eo aliis eius membris et capitulo tunc ibidem ut in alia pagina comparentibus articulos quosdam ex officio mero super quibus petiit responsum dari et assignavit ei terminum ad respondendum eisdem et eorum cuilibet proximam sessionem ut supra, et monuit eos adtunc ibidem iterum comparendos et continuavit visitacionem in statu quo est in eandem diem Veneris et decrevit ecclesiarum visitacionem et procuraciones racione visitacionis eiusdem debitas et consuetas fore persolvendas etc.

Visitacio ecclesie cathedralis etc.

Actus ubi nominantur et pronunciantur contumaces reservata eorum pena necnon nominantur comparentes et responsum capituli unacum articulis redditur et sequestrantur fructus beneficiorum absencium.

Officium domini contra decanum et alios de capitulo ultimo loco et sessione comparentes, quorum nomina sunt Thomas Criff precentor Edwardus Bulkly cancellarius Robertus Darensis episcopus prebendarius de N. etc. nominantur sic.

Ad respondendum articulis decanus et capitulum hic nominati tunc comparentes habeant hiis die et loco et continuatur visitacio in hunc diem.

Quibus die et loco comparentes quidam capituli quorum nomina sequuntur viz. reverendus pater episcopus Darensis prebendarius de Clonemethan personaliter, Richardus Bancroft per Johannem Alen

qui exhibuit procuratorium litteratorium pro eodem Bancroft et fecit se partem etc., Thomas Ithell per Johnston qui exhibuit procuratorium litteratorium pro eodem et fecit se partem etc., Nicholaus Barnewell personaliter, et Anthonius Freman personaliter. Quibus die et loco decanus et capitulum sic comparentes exhibuerunt articulos unacum responsionibus, et quoad alios contumaces hiis die et loco nullo modo comparentes dominus de consensu decani et capituli pronunciavit eos
p. 96] contumaces et in penam contumaciarum suarum decrevit / eorundem omnium et singulorum beneficiorum fructus sequestrandos fore donec mandatis domini archiepiscopi parueriut et satisfecerint. Deinde dominus de consensu predictorum continuavit visitacionem huiusmodi in statu quo est usque in diem Veneris proxime insequentem dominicam Trinitatis exinde proxime et immediate futuram.

Actus ubi ordinarius ministrat articulos speciales cuilibet persone per decanum in responsionibus suis detecte.

Visitacio die Veneris sexta Junii 1572 in domo capitulari etc. coram officiali etc. in presencia mei etc.

Officium domini archiepiscopi contra Thomam Cryffe precentorem ecclesie cathedralis, Johannem Ball archidiaconum Glyndelagh', Thomam Underdowne prebendarium de Thyber, et Johannem McGwyre prebendarium de Donlovan.

Continuata visitacione in hunc diem.

Quo die suprascripto ex responsionibus decani et capituli ultimo loco datis et exhibitis exhibiti fuerunt articuli contra personas predictas et eorum quemlibet excepto Underdowne qui perconizatus non comparuit. Deinde dominus de consensu aliorum de capitulo oneravit eosdem et eorum quemlibet sic comparentes iuramento quod respective prestiterunt ad fideliter respondendum etc., et monuit ad subeundam examinacionem citra hunc diem ad quindenam et monuit eos adtunc iterum comparendos. Et quoad eundem Underdowne preconizatum et non comparentem dominus pronunciavit eum contumacem reservata pena in eundem diem nisi interim subierit iuramentum ad respondendum ut supra, ad quos diem et locum continuavit visitacionem in statu quo est cum consensu predictorum.

30

Actus super proclamacione ad recipiendam administracionem defuncti prima proclamacione XI° Junii anno 1578.

Siqui sunt agnati[1] cognati vel affines[2] qui velint vel valeant in se suscipere administracionem omnium bonorum Jacobi Byrne de Stalorgin nuper defuncti veniant et audiantur quia hec est prima proclamacio die Sabbati proximo secunda proclamacio die Mercurii proximo tercia proclamacio.

Quo die commissa administracio omnium bonorum ipsius defuncti Anne Gibbon relicte dicti Jacobi necnon Johanni et Petro filiis eiusdem Jacobi in forma iuris iuratis etc.

---

## 31

Processus in causa spolii contra colloratum detentorem.

Tercio (?) Novembris 1549.

Allegatio vicarii spolati conta colloratum vicarium iam pretense incumbentem pro citacione et restitucione cum processu. p. 97]

Quibus die et loco comparuit personaliter magister Thomas Levrous et allegavit se fuisse et esse vicarium perpetuum de Kerwagh Daren' diocesis, ipsumque vicaria huiusmodi sua spoliatum seu privatum eiusque possessione ex causis iniustis exutum seu lapsum, et huiusmodi pretextu quendam Jacobum Malingar in eandem pretense fuisse admissum ymmo intrusum contra canonicam disposicionem, dictumque Jacobum eandem vicariam cum suis fructibus iuribus et pertinenciis retinere et occupare ymmo potius usurpare in anime sue interitum, ipsiusque Thome veri eiusdem vicarii preiudicium non modicum et gravamen. Quare petiit ius et iusticiam sibi ministrari prefatumque Jacobum M. pretensum et coloratum vicarium antedictum pro iure et titulo suis que in eadem vicaria pretendit competere seu putet habere exhibendo citari peremptorie et personaliter compariturum causam racionabilem et iustam allegaturum pariter et probaturum quare idem Thomas sic (ut prefatur) spoliatus ad idem rursus possessionem sui beneficii cum suis iuribus et pertinenciis universis restitui non debeat, ulteriusque etc. cum intimacione sive venerit sive non etc., quam allegacionem coniunctim et divisim proponens petiit admitti etc. Ad cuius peticionem dominus iudex admisit ipsam allegacionem prout iura patiuntur et non aliter nec alio modo prefatum Jacobum vicarium assertum predictum citandum fore in iudicium erga diem Sabbati proximum eidem allegacioni responsurum sub pena, titulumque siquem

---

[1] kinsmen vel idem *interlined above* agnati. [2] idem *interlined above* affines.

in eadam vicaria habeat eodem die exhibiturum ulteriusque etc. quod iuris fuerit in hac parte et racionis cum intimacione etc. Quo die citacione exhibita et fide super execucione eiusdem facta, dictus Jacobus personaliter comparens ad effectum citacionis nihil proposuit aut allegavit quominus restitucio non valeat fieri, unde idem Thomas Levrous exhibens litteras presentacionis institucionis et inductionis eius ad eandem vicariam siglis sigillatas petiit ulteriorem terminum eidem intruso diutius precludi seque iuxta tenorem et effectum earundem
p. 98] litterarum ad suum beneficium per sentenciam restitui cum / effectu. Judex tamen nolens ex arrupto contra aliquem procedere sed potius cum eo misericorditer maxime ad eius maliciam convinciendam agere decernens dicto Thoma presente et dissentiente non obstante causam suo statu in quo est usque in diem Sabbati proximum ex gracia decrevit continuandam, et monuit dictum Jacobum peremptorie compariturum coram . . .[1] tunc ibidem ad ostendendum titulum sui beneficii si quem habeat et ad producendum iurisperitum pro suo interesse defendendo sub pena privacionis cum intimacione quod si hec facere neglexerit ipsum iudicem ulteriores dilaciones sibi denegaturum. Quo die etc. dictus Jacobus comparens personaliter ostendebat titulum suum quem in eodem beneficio habuit et quo in idem beneficium per assertam privacionem dicti Levros admissus fuit quo ad eius privacionem admissus quatenus denuo admittendus est et non aliter, in presentia dicti Levros admissioni dissentientis et allegantis nullitatem eiusdem tituli et presentacionis dicti Jacobi racione dicte pretense privacionis si qua fuit quod non fatetur nec credit aliquam fuisse, unde iudex ad eius peticionem monuit dictum Jacobum exhibere sentenciam privacionis huiusmodi si qua fuit lata, qui statim in iudicio fatebatur se non habuisse illam privacionis sentenciam, allegans illam fuisse latam per iudices tunc potestatem ad hoc habentes sufficientem viz. commissarios regie maiestatis supremos, et super hoc famam et publicam vocem laborasse saltem inter clerum diocesis universe. Quo die partibus comparentibus iudex ob certas legitimas causas animam suam moventes causam ad idem in diem Mercurii proximum continuavit monens partes ad interessendum. Quo die facta preconizacione dicti Jacobi moniti et nullo modo comparentis iudex ad peticionem Levros reputavit eum contumacem et reservata pena in proximum diem Sabbati et ad eandem peticionem decrevit ipsum citandum ad audiendam sentenciam. Quo die exhibito decreto etc. / — — —

[1] *MS. torn.*

32

Libellus alius iactitationis cum sua responsione sequitur in folio 149. p. 99]

In Dei nomine Amen. Coram vobis reverendissimo in Christo patre et domino Thoma permissione divina Dublin (*sic*)[1] archiepiscopo totius Anglie Hibernieque primate et metropolitano auctoritate regia in hac parte sufficienter auctorizato, vestrove in hac parte commissario seu commissariis quibuscunque, pars reverendi patris et confratris vestri Johannis permissione divina Wynton' episcopi contra et adversus Jacobum Ambray de Swethwell Eboracensis diocesis, vestre tamen in hac parte iurisdiccionis tam racione quarundam litterarum requisitoriarum a reverendissimo patre Roberto Eboracensi archiepiscopo vobis transmissarum quam iactitationis matrimonii infrascripte per prefatum Jacobum Ambray apud civitatem London' et alia loca infra provinciam vestram Cantuarien' facta, necnon contra quemcunque etc. intervenient' per viam querele et vobis in hac parte querelando, dicit allegat et in hiis scriptis in iure proponit articulum prout sequitur.

